QUAESTIONES

DE

MARMORE PARIO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS DOPP
ROSTOCHIENSIS.

VRATISLAVIAE
APUD GUILELMUM KOEBNER
MDCCCLXXXIII.

GEORGIO KAIBEL

S.

Tabula marmorea, Paro insulae propter archontem Parium . . . νάνακτα in prooemio praeter Atheniensem nominatum tribuenda, quae nunc chronicon Parium vocari solet inde ab eo tempore ubi primum inventa est non solum indoctorum et stultorum hominum iniurias experta est sed multo magis paene dixerim doctorum et eruditorum, cum illi coeli et tempestatum iniquitatibus monumentum gravissimum obicerent, hi quovis modo auctorem obiurgarent et vituperarent nulla ratione habita, quid voluerit, quid pro illa aetate efficere potuerit; fuerunt etiam qui totum spurium esse dicerent.

Anno 1627 Smyrnae emptum et in Angliam translatum olim in hortis Henrici Howardi comitis Arundelliae et Surriae, nunc cum multis aliis lapidibus, qui comprehenduntur nomine Arundelianorum marmorum Oxonii in Museo Bodleiano collocatum est. Fortuna felicissima Seldenus a. 1628 marmor in parte extrema mutilatum descripsit priusquam inter bellorum civilium turbas etiam partis ad illud tempus superstitis denuo dimidium periret. Ita factum est, ut prioris partis scripturam inde ab initio usque ad versum quadragesimum sextum ex una Seldeni editione habeamus (Londini 1628, alia exempla 1629, inde Humphridus Prideaux Oxonii 1676, Michael Mattaire 1732); per Chandlerum qui unus relictam partem Marmoris ipse inspexit 1763 editio nova facta est; postremo in lucem prodiit auctore Boeckhio (1843) C. J. G. II p. 293 ss., unde a Carolo Muellero in Fragmenta Historicorum Graecorum a. 1853 edita translatum est (I p. 533 ss.).

Boeckhius praeter Seldeni et Chandleri editionem usus est Forsteri notis qui et ipse lapidem suis oculis usurpavit et cum

priorum editionibus contulit (Forsterus, quae enotavit nunc Berolini adservantur). Ipse Boeckhius lapidem non vidit, propterea in supplendis lacunis liberius mihi egisse videtur, quamquam concedo egregia esse permulta ingenii illius praeclari supplementa. Est enim magna dissensio inter pristinos editores de lacunarum spatiis, quippe qui saepius nihil signaverint nisi deesse aliquot literas. Praeterea tota ratio Boeckhiani operis non permisit ut forma ipsa literarum redderetur; itaque cum typis iisdem uteretur, quibus in aliis inscriptionibus multo accuratius scriptis, factum est, ut lectori de suo supplendi copiam plane non faceret, nam quod summum est, permagnam lapidarii in singulis literis insculpendis inconstantiam non expressit.


Kaibelio praeceptore benevolentissimo intercedente mihi contigit ut Ernestus Maass vir doctissimus cum proxima aestate Oxonii versaretur lapidem inspiceret et liberalitate operaque Pelhami clarissimi viri adiutus ectypum mihi faciendum curaret. Quod ectypum tam praeclare marmoris graviter mutilati et detriti formam reddit, ut vix doleam, quod ipse lapidem inspicere non potui. Liceat mihi propterea hoc loco viris doctissimis literarumque amantissimis quam maximas accepti beneficii gratias agere.

Formam monumenti nunciam rursus in subterraneis Musei Bodleiani reservati (cf. Huebner, Diar. Arch., 1866, p. 302) vide in tabula, lineolis (— — — —) significavi eam partem quam Seldenus unus inspexit non minorem parte adhuc servata cum illa versus 45 haec 48 contineat, asteriscis (+ + + +) eam partem quae inde ab initio defuit. Cognoscimus inde marmor oblongum fuisse. Cum ex editionibus vix formam literarum totumque habitum sibi quis fingere possit, paucis nunciam servatam partem describam. Exstant versus inde a v. 46 usque ad v. 93 spatio inter se separati singuli quaternis millimetris, quorum exitus alter super altero eadem regione desinunt. Forma literarum non abhorret ab illa aetate posteriore Macedonica quae dicitur, ita inveniuntur *I*, *Ω*, *O*, *Θ*, *Φ*, aliae illius aetatis propriae literae. In longitudine literarum (7—9 mm) quam maxime sibi constat

ΑΣΕΥΑΓΗ
ΤΟΣ Α ΘΗΝ ΩΝΑΙΣ

ΗΝΕΜΠΡΟ ΜΟΥΣΙΚ
ΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝ Η, ΙΝΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟ
ΑΘΗΝΗΣΙΝΜΕΝΚΡΙ ΤΙΟΥΤΟΥ
ΤΕΣΚ ΥΡΡ
ΓΩΝΠΑΛΙΝΕΤΕΘΗ
ΙΚΑΡΙΕΩΝ
Α
ΔΔΔΔΙΑΡ ΝΤΟ Σ
ΓΓΗΝΑΞΟ
ΤΟΥΠΡΟ Ο Υ
ΙΣΙΣΤΡΑΤΟ
ΟΡΟΙ

ΟΝΤΟΣ ΠΥΘΟΚ
ΝΙΚΩΝ ΑΘΗΝΑΙ ΤΗΗ Δ
ΜΩΝΙΔΟΥ ΠΑΠΠΟΣ
ΕΙΔΟΥ ΑΙΣΧΥΛΟΣΟΠΟΙ ΔΙΑΙΠΡΩ
ΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗ ΦΙΛΟΚΡΑ ΣΧ
ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙΠΕΡΙΣ ΜΙΝΑΠΡΟΣ ΕΡΣΑΣΗ
ΑΤΑΙΑΙΣ ΑΙΟΙΣΠ Ρ Ο ΣΜΑΡΔΟΝ Ν ΞΕΡΞΟΥ ΟΝ Ν
ΕΛΙΑΙΠΕΡ ΔΠ ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝ ΑΝ ΟΥ ΝΟ ΔΕ
ΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΛΕΩΠΡΕΠΟΥΣΚ ΣΟΤΟ ΜΝΗΜΟΝΙΚΟΝ ΕΥΡΩΝΕ ΗΣ Δ
ΧΟΝΤΟΣΑΘ ΣΙΝ ΔΕΙΜ ΤΟΥΑΦ ΟΥ ΡΩΝΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕΤΥ ΕΝ Η
ΑΦΟΥΣΟΦΟΚΛΗΣΟΣΟΦΙΛΛ ΚΚΟ ΛΩΝΟΥΕΝΙΚΗΣΕΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙΕΤ ΔΔΠΙΙΕΤΗ
ΣΙΜΩΝΙΔΗΣΟΠΟΙΗΤΗΣ₃ ΛΕΥΤΗΣΕΝΒΙΟΥΣΕΤΗΡΔΔΔΔ₇ ΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΣΜΑΚΕΔΟΝΩΝΒΑ ΣΙΛΕΥΕΙΕΤΗ Η ΡΔΔΔΔΠΙΙΙΙΑΡ₁₄ ΕΥΟΙΠ
₂ΗΣ₄ ΛΙΑΣΕΤΗΗΡΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΙΙΣΙΚΑΛΛ₁₀ ΕΡΟΥ
₉ΙΝΔΙΦΙΛΟ₂ ΣΑΝΔΕΚΑΤΕΥΡΙΠΙΔΗΝ₂ ΡΑΤΗΣ₁₀ ΡΑΣΑΦ
ΟΝΤΟΣ₈ ΑΣΤΥΦΙΛΟΥΑΦΟΥΔ ΙΟΝ₃ ΟΣΣΥΡΑΚΟΥΣΩΝΕ₉ ΣΕΝ
₁₄ΔΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΝΤΙΓΕΝ ΟΥΣΑ₈ ΛΗΣΟΠΟΙ, Τ
ΟΝΤΟΣΑΘΗ₆ ΛΛΙΟΥΤΟΥ ΠΡΟΤΕΡΥΑΦΟΥΤΕΛΕΣΤΗΣ ΣΕΛ₁₀ ΝΙΚΗΣ Ε, ΑΘ
ΑΚΥΡΟΥ₁ ΝΑΒΑΝΤΕΣΚΑΙΣΩΚΡΑΤ ΗΣΟΦΙΛΟΣΟΦΟΣΕΤΕΛΕΥ₂ Σ₈ ΤΗΡΔΔ Ε₂ Η
ΘΗΝΗΣΙΝ ΕΤΗΗΔΔΔΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΑΦ Ο Υ₈₋₉ Σ₂ ΥΜΒΡΙΑΝ
ΟΥΦΙΛΟΞΕΝΟΣΔΙΘΥΡΑΜΒΟΠΟΙΟΣΤΕΛΕΥΤΑΙΒΙΟΥΣΕΤΗΡΠΕΤΗ ΗΔΠΙΑΡΧΟΝ ΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ
ΝΗΣΙ, ΑΛΛΕΟΥΑΦΟΥΑΣΤΥΔΑΜΑΣΑΘΗΝΗΣΙ ΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΠΙΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣ
ΝΕΤΟΘΗΒΑΙΩΝΚΑΙΛΑΚΕΔΑ₂ ΟΝΙΩΝΗΝΕΝΙΚΩΝ ΘΗΒΑΙΟΙΕΤΗ ΗΠΙΙΑΡ ΟΝΤΟΣΑ ΘΗΝΗΣΙΝ
ΑΣΙΛΕΥΕΙ₂ ΟΥ₅ ΧΟΡΟΣΟΙΜΕΡΑΙΟΣΘΕΥΤΕΡΟΣΕΝΙΚΗΣΕΝ₂ ΗΝΗΣΙΝΚΑΙΩΙΚΙ₆
Α ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΣΙ,ΕΛΙΩΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕ, ΟΔΕ ΥΙΟΣ ΔΙΟΝΥ₇ Ρ ΑΝΝΕΥΣΕΝ
ΕΙΕΤΗΗΙΙΙΙΑΡ₁ ΟΝΤΟΣΑΘΗΝ Η ΣΙΝΝΑΥΣΙΓΕΝΟΥΣΑΦ Ο ΥΦΩΚΕΙ ΣΤΟΕΝΔΕΛΦΟΙ Σ₁ Ρ
ΣΙΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΥΑΦΟΥΤΙΜΟΘΕΟΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗΡΔΔΔΕΤ₂ ΕΥ
ΟΝΩΝ ΑΣΙΛΕΥΕΙΚΑΙ Α,Τ₄ ΞΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣ ΕΝΩΧΟΣ Δ ΕΟΥΙΟΣ
ΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΡΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣ₂ Α
ΝΕΤΟΕΤΗΡΔΔΔΔΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΣ



ΗΗΗ Ν
ΓΕΝΕ ΓΕ
Τ
ΝΗΣ ΚΑΙΔΑΡ
ΙΚΗΣ ΚΑΙΕΥΡΙΓΙΔΗΣΟΓΟΙΗΤΗΣΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΣΤΗΣΙΧΟΡ ΣΓ ΗΤΣ
ΞΔΙΑΝΕΞΕΥΞΕΝΕΝΕΜΗΣΓΟΝΤΩΙΚΑΙΤΟΝΑ ΩΔΙΩΡΥΞΕΚΑΙΗΕΝΟΕΡΜ
ΝΕΝ ΛΛΗΝΕΣΕΤΗΗΗΔΓΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΑΔΟΥΑΦΟΥΗΕ
ΕΝΙ ΣΕΤΕΛΕΥ ΕΝΕ Η ΜΑ ΗΙΚΑΙΤΟ Ε
ΙΝ Ν ΕΤΥΡΑΝΝΕ ΔΓ ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗ ΜΟΣΟΕ
ΙΔΑΣΚΩΝΚ ΕΣΕΣΤΑΘΗΣΑΝΑΡΜΟΔΙΟΥΚΑΙΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣΕΤΗ
ΗΗΓΙΙΙΑΡ ΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ ΟΣΗΝΔΕΚΛΙΕΓΙΧΑΡΜΟΣΟΓΟΙΗΤΗΣΚΑΤΑΤΟ
ΗΗΓΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΑΨΗΦΙΟΝΟΣ ΕΝΑΙΓΟΣΓΟΤΑΜΟΙΣΟΛΙΘΟΣΕΓΕΣΕ
ΑΘΗΝΗΣΙΘΕΑΓΕΝΙΔΟΥΑΦΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΘΔΕΥΙΟΣΓΕΡΔΙΚ
ΓΟΥΑΦΟΥΑΙΣΧΥΛΟΣΟΓΟΙΗΤΗΣΒΙΩΣΑΣΕΤΗΓΔΓΙΙΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕ :
ΑΦΟΥΕΥΡΙΓΙΔΗΣΕ$_3$ ΩΝΔΔΔΔΙΙΙΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙΓΡΩΤΟΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΗΗ :
ΟΥΑΡΧΕΛΑΟΣ$_8$ ΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΓΕΡΔΙΚΚΟΥΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣΕΤΗ :
ΔΔΓΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΝΕΥΚΤΗ ΝΟΣ ΑΦΟΥΕΥΡΙΓΙΔΗΣ :
Η$_3$ ΩΣΑΣΕΤΗΓΔΔΔΙΕΤΕ ΕΝΚΑ ΚΥΡΟΣ :
ΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΔΔΙΙΙΙΑ ΧΟΝΤΟΣ$_5$ Σ$_1$Ν$_4$ ΝΟ :
ΔΔΔΓΙΙΑΡΧΟΝΤΟΣ$_1$ ΘΗΝΗΣΙΝΛΑΧΗΤΟΣ
ΣΔΙΟΥΡΑΜΒΩΙΕΝ$_3$ ΣΕΝΑΘΗΝΗΣΙΝΕΤΗ :
ΝΓΥΘΕΟΥΑΦΟΥΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΗΣ :
ΙΝΑΣΤΕΙΟΥΚΑΙΕΚΑΗΔΕΤΟΤΕ :
$_3$ ΣΙΚΛΕΙΔ :
ΑΛΗΓΟ :
:

lapidarius, non item in latitudine quam saepissime variat, neque id certo consilio velut versuum explendorum causa, cum epochae continuo ordine literarum inter se coniunctae sint. Minime aequalis est magnitudo literarum *E*, *Σ*, *Ξ*, *M*, *Γ* (|̄Δ̄|) neque collocatio literarum *T*, *I*, *O*, *Θ*, *Ω*, *Y*, quas saepius tam prope admovet ad vicinas ut fere nexae cum illis et tamquam implicitae videantur; praeterea per totum lapidem spatia inter singulas literas maxime variant. Qua re fit ut coniecturae latissimus locus datus sit, modo reputes et magnitudinem et habitum literarum supplendarum.

Descripsi partem adhuc superstitem quam accuratissime potui, quae descriptio quamquam non multa affert quae non iam exstent in editionibus prioribus tamen id effecisse videtur ut in posterum viris doctis liceat etiam deletae partis veriorem sibi formare imaginem.

1*

CAPUT I.

De auctore Marmoris Parii.

Qua ratione in contexendo chronico usus sit et quibus ex fontibus imprimis hauserit.

Multas viri docti protulerunt sententias, quid voluerit marmoris auctor, cum tot res rarissime inter se cohaerentes una tabula complecteretur. Plurimi sentiebant imprimis eum literarum historiae operam dedisse, adducti, nisi fallor, praecipue posterioris partis quae servatur argumento. Sed totum opus contemplato, facile tibi apparebit non minus aliarum rerum rationem habitam esse. Ut breviter dicam, inter epochas septuaginta quinque[1]) (secundum Boeckhium cf. quae infra ad ep. 76 disseram) inveniuntur viginti octo, quae literarum historiam tractent, de quibus tamen deducendae sunt sex, quae simul etiam alias res narrent. At, inquies, in posteriore parte dominatur historia literarum; recte hoc quidem, sed attende, quaeso, ad Eusebii canonem, invenies etiam apud illum iis quidem temporibus imprimis tales res referri. Evolvas si placet editionis Schoenianae p. 111, ubi in Hieronymi chronographia inter viginti unam epochas undecim de literarum historia agunt. Atque si causam huius rei quaeris non dubitandum est, quin propterea maxime tales res retulerint chronographi, quod imprimis et fere solae tabulis narratae erant omnibusque inspici potuerunt. Nam, cum res gestae fere nusquam expressim, ut ita dicam, narrarentur, sed e lapidum memoria eliciendae essent, qui de mortuis, foederibus, pacis conditionibus agebant, victoriae poetarum ea aetate, quae historiam literarum praeter alias tractabat, disertis verbis lapidibus mandatae erant.[2])

Aliud est quaerere, cuius potissimum civitatis res tractaverit auctor. Primo obtutu occurrit Atheniensium. Nam etiamsi

[1]) exclusis epp. 8, 47, 78, quarum argumentum incertum est, addita tamen ep. 67 de Astydamante.

[2]) cf. Bergk, verzeichniss der siege dramatischer dichter in Athen. Mus. Rhen. 1879, p. 292 ss.

concedamus rectissime Pario homini chronicon attribui, tamen iam ex archontibus et regibus Atheniensibus, quos singulis epochis addidit, intelligimus principem fontem apud Athenienses requirendum esse. Quonam modo putare possumus hominem non Atheniensem rebus, quae non ad Atticam pertinerent, archontem sive regem Atticum addidisse?[3]) Nonne multo magis putare debemus, auctorem illis adnotatis rerum tempora ad Atheniensium chronologiam transtulisse, quippe qua in omnibus rebus non solum publicis sed etiam privatis ea aetate utebantur. — Gravius etiam est res Atticas imprimis referri easque quodam modo ἐπιδεικτικῶς, cum fere omnes ad Atheniensium laudes, nulla ad vituperationem pertineat. Ita diluvium effugiens Deucalion (ep. 4) Athenas venit ibique Iovi cuidam servatori (?) aram exstruxit. Fuit vero Athenis σῆμα Δευκαλίωνος, ut Strabo p. 425 refert, quae quidem res facile Atticum scriptorem permovit, ut diluvium commemoraret et de Deucalione eiusque filiis epp. 2 et 6 verba faceret. Eodem modo ad Athenas pertinent ep. 10 de Panathenaeis primum actis, epp. inde a 12 usque ad 17 de illustrissimis festis diebus Atheniensium, ep. 19 de Minois de Atheniensibus iudicio, epp. 3 et 5 de institutione Areopagi eiusque clarissimo de Oreste iudicio. Longum est omnia hoc loco referre, ad Atticam ea quoque spectant, quae de condita Salamine Cypria ep. 26 et de mensurarum nummumque inventione ep. 30 narrantur, cum historia Salaminis[4]) et Aeginae cum Attica artissimo vinculo coniuncta sit. Deinde epochae quae de poetis agunt fere omnes ad Athenas, artium literarumque domicilium, pertinent. De comoediae inventione in Attica facta et Susarioni attribuenda disertis verbis narratur ep. 39 atque addicitur Susarion Icariensibus pago Attico, quae omnia pugnant cum Aristotelis testimonio poet. c. 12, Dorienses ex etymologia vocabuli sibi inventionem comoediae vindicare. Multitudo deinde poeticarum victoriarum ex alio fonte nisi ex Attico hauriri non potuit, cum solae Athenis reportatae victoriae enumerentur, aliis locis comparatae ne attingantur quidem. Singulare quoddam documentum scriptorem Atticum fuisse cernitur in iis quae de pugna Plataeensi ep. 52 referuntur. Qua in epocha disertis verbis victoria illa praeclara

---

[3]) cf. epp. 31, 53, 55, 58, 61, 72, 74, 75.

[4]) Fortasse Teucer, cum de eius domicilio nihil dictum sit, etiam a Marmoris auctore Attico pago addicebatur, cf. Strab. p. 604 et Phanod. fr 8.

non Graecis sed Atheniensibus attribuitur. Quodsi tecum reputaveris, quantopere res Atticas auctor praetulerit, non valde miraberis, quo modo alias res tractaverit. Neque enim de rebus Macedonum, Persarum, Siculorum quidquam refert sed solum adnotat, quo tempore singuli reges sive tyranni sibi successerint. Mira profecto neglectio rerum externarum illis temporibus, quibus regnum Alexandri Magni tot populos complectebatur. — Sed priusquam ad fontes accuratius cognoscendos accedamus et de auctore aliquid statuamus, inquiramus necesse est, qua ratione chronicum compositum sit. Magnopere viri docti auctorem obiurgaverunt, quod nulla ratione nulloque consilio fontibus suis usus sit. Et profecto, si negligis, cuius nationis maxime res temporibus definierit, quod consilium in componendo chronico secutus sit, dicere non poteris. Sed quomodo composuerit tamen cognosci potest. Est enim sine ulla dubitatione haec tabula excerpta ex multo grandiore aliqua chronographia cuius reliquiae in omnibus posterorum chronicis, praecipue Eusebii cerni possunt. Multa huius rei sunt documenta, ex quibus pauca eligam. Atque primum quidem cohaerentia inter singulas epochas, ut ita dicam systematica plane deest; sine qua is, qui de suo chronographiam scribere conaretur, nihil perfecisset. Desunt enim plane membra, ut ita dicam, intermedia, in quibus omnis chronographia tamquam fundamentis exstruitur, velut inter expugnationem Troiae et Ionicas colonias deductas deest reditus Heraclidarum, desunt Lycurgi tempora primaque olympias. Videmus ex hoc nullo modo illius ipsius opus chronographiam esse, quam tali quidem modo nunquam tam praeclare confecisset. Neque ex alio libro hausisse eum suspicor nisi ex chronologico, quod infra accuratius explanabo. Excerptorem eumque stultissimum cernis in eo quod omittuntur gravissimae res, adnotantur multo viliores. Omisit Solonis legislationem, bellum Peloponnesiacum, tyrannidem triginta virorum, multa alia. Aliud documentum ex additamentis repetitur, quae imprimis excerptoris esse, nemo erit, quin concedat. Usus autem iis est his locis:

ad ep. 42. *ἦν δὲ καὶ Ἱππώναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός*

ad ep. 48. *ᾗ ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς [ἐτ]ῶ[ν] ὢν ΔΔΔΠ*

ad ep. 55. *ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦτον.*

ad ep. 60. *ἦ]σαν δὲ κατ' Εὐριπίδην Σωκράτης καὶ [Ἀνα]ξαγόρας.*

ad ep. 71. καὶ ἐκάη δὲ τότε κα [et quae deleta sunt.

ad ep. 72. καὶ ὁ Ἀλ [et quae deleta sunt.

Mihi igitur persuasum est, fundamentum huius chronographiae in Attica ortum esse idque ita, ut Atthidum aliorumque librorum narrationes systematice et chronologice dispositas uno opere comprehenderet. Inde et Parius homo et Eusebii auctores ad sua chronica conficienda pariter hauserunt. Quis ille chronographus fuerit, non cognosci potest et futile erit in tanto numero hominum doctorum et indoctorum quaerere. Tamen fontes accuratius detegere posse mihi videor.

Sed priusquam ad hanc quaestionem accedam, pauca mihi dicenda sunt, de Boeckhii sententia[5]), quam multi viri docti acceperunt[6]), Phaeniam Eresium communem Marmoris et Eusebii fontem esse. Ut argumenta Boeckhii recenseamus, maximum ei esse videtur, quod Phaenias Aristotelis discipulus, homo γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν (Plut. Themistocl. c. 13) in libro de Prytanibus Eresiorum etiam Atticas res attigit idque nominatis archontibus Atheniensium velut in fragmento apud Plutarchum Solon. c. 32 servato; deinde quod Lesbius ille scriptor librum composuit de tyrannorum eiectione. de tyrannis Siciliae, de poetis, mentionem fecit proeliorum Artemisiani et Salaminii, miraculorum non solum quae Lesbi acciderant sed etiam peregrinorum. Atque primum quidem videamus, qualis fuerit ille liber de prytanibus Eresiorum. Chronographicum eum fuisse ego quoque pro certo habeo ita comparatum ut singularum rerum annos prytanibus definiret. Sed propter hoc ipsum mihi dubium esse videtur Parium scriptorem eo ita usum esse ut pro singulis prytanibus Eresiis archontes singulos poneret. Nam, quod Boeckhius profert etiam archontum Atheniensium Phaeniam mentionem fecisse, eo non explicatur, cur Parius homo non modo archontes sed etiam reges Atheniensium adnotaverit, sive res ad Athenienses sive ad alios populos pertinebant. An putat eas solum epochas a Pario excerptas esse, in quibus archon Atheniensis nominatus fuerit? Quanam, quaeso, re adduci potuit, ut ipse Parius homo pro prytanibus Eresiorum archontes Atheniensium in chronicon suum induceret? Profecto nullo modo putare possumus

[5]) l. c. p. 303 sq.

[6]) Schaefer, quellenkunde zur griech. gesch., 2 p. 93. Brandisius, de temporum graec. antiquiss. ratt., p. 13. Stiehlius philologo vol. VIII p. 398; adversatus est Theod. Bergk, griech. literaturg. p. 277 adn. 25.

Atheniensium potestatem eam fuisse illis temporibus belli quod dicitur Chremonidei, ut Parii eorum archontibus in fastis suis uterentur, praesertim cum suis ipsos archontibus usos esse ex prooemio appareat. Praeterea quod negliguntur res Pariae, id nos adducit, ut de homine Pario vix cogitare possimus, nisi ita ut Atticorum fastos excerpsisse eum statuamus. In fragmento apud Plutarchum Sol. c. 32 quod Boeckhius putat totam, quam exscripsit, partem Phaeniae adsignandam esse, mihi quidem non persuasit. Exprimitur solum Phaeniae sententia, qui statuebat Solonem minus duobus annis post Pisistrateae tyrannidis initium mortuum esse, cum Heraclides Ponticus dixisset longum eum post tempus vixisse. Itaque nihil illo loco Plutarchus dixit nisi hoc Phaeniam mortem Solonis Hegestrati anno attribuisse, illud ipsum quod opponuntur inter se Heraclides et Phaenias, nos monet, ne Boeckhium sequamur et putemus etiam Phaeniam Comiae archontis mentionem fecisse. Hegestrati vero nomen Phaeniam addidisse, maxime consentaneum est, quod ex Atticorum fastis non solum rem sed etiam tempus eius petierit; neque certum est illud factum ad suum tempus relatum in libro de prytanibus a Plutarcho inventum esse, exstabat fortasse in libro de tyrannis. Deinde quod Himerensium res bene cognovit, hocine est testimonium, Stesichororum aetates inde haustas esse? Praeterea, quod Phaenias Aristotelis sectator fuit, maxime nos impedit, quominus de eo cogitemus. Nam, quas ille in historiam literarum induxit sententias et, ut ita dicam, emendationes, marmor nondum prae se fert. Phaeniae autem librum, qui certo Aristotelica doctrina ornatus fuit, si Parius homo ad chronicum suum contexendum adhibuisset, aperta eius rei indicia in marmore inveniremus. Contra saepius dissentiunt velut in ordine ludorum institutorum [7]), in aetate Stesichori, in temporibus Pisistrati, aliis quae infra notabo. Quod vero Boeckhio maximum videtur, epocham expugnatae Troiae a Phaenia statutam prope ad Parium accedere, hoc non alia re efficitur nisi coniectura (l. s. p. 327) quae quidem, si certioribus documentis firmaretur, verisimilis esset, hoc loco, ubi nihil efficit nisi ut incerta res incertiore muniatur, plane inutilis est. Ostendam infra capite ubi de

---

[7]) cf. marmoris epp. 10, 17. 18, 20 et Aristotelis fr. 282 ap. Muellerum FHG II p. 189. quicquid statuimus de peplo Aristotelico qui dicitur, tamen auctorem quam maxime se ad Aristotelem accommodasse concedendum est. vide infra p. 18 sq.

temporum ratione agam. plane alio modo huius epochae tempus explicandum esse. Itaque mihi quidem Boeckhii sententia „se non commodiorem hominem nosse“ mera ariolatio videtur eaque debilissima, quae, ut est per se propter exiguitatem fragmentorum Phaeniae audacissima, etiam aliis multis rebus infringitur, quod ubi de fontibus marmoris disseram demonstrabo.

Sed priusquam accedam ad fontes singularum epocharum recensendos de chronologia pauca disserenda sunt. Historici graeci, priusquam ad suae aetatis res enarrandas accederent, imprimis id egerunt, ut tempora, ut ita dicam, mythica cum historicis aliquo modo coniungerent. Itaque, quae in carminibus narrabantur in pedestrem sermonem translata certis temporibus defixerunt, ut Clemens Alexandrinus strom. VI p. 629, de Acusilao et Eumelo: *τὰ Ἡσιόδου* inquit *μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι.* Praeterea scimus Hellanicum scripsisse Phoronidem, Deucalioneam, Antlantiadem multa opera historica, quibus, quamquam Suidas s. v. *Ἑλλάνικος* dicit *συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς*, tamen valde dubito, num poetica interfuerint. Multo verisimilius mihi quidem videtur in his pariter eum atque Acusilaum fecisse, postea vero cum tot Deucalioneae aliaque id genus versibus concepta carmina exstarent haec quoque Hellanico attributa esse quem certum esset de his rebus scripsisse. Atque firmatur nostra sententia eo, quod Acusilaus secundum Iosephum contr. Apionem VI p. 176 ed. Bekk. multis in rebus ab Hellanico dissensisse dicitur, ex quo elucet eum de iisdem rebus scripsisse. Velut ferrum ab Idaeis Dactylis inventum, quod ab omnibus chronographis narratur, apud Plinium VII 56 ab Hesiodo narratum esse dicitur. Hoc si tenemus, non mirari possumus magnum inter verba marmoris et bibliothecae quae dicitur Apollodoreae concentum, qua re Robertsonus homo indoctissimus adductus est, ut putaret ex illo libro marmoris auctorem hausisse. Sed postquam doctissima Robertus dissertatione de Apollodori bibliotheca (Berol. 1873) ostendit fontes illius libri pseudepigraphi poemata cyclica esse, nos quoque in marmoris epochis illa carmina agnoscere poterimus. Neque enim solum Apollodori bibliotheca quasi supplementum eiusdem syntaxis chronicae exstat sed etiam in Diodori bibliothecae primis libris invenimus mythicas narrationes ex aliqua parte temporibus certis definitas. Quas bibliothecas cum comparamus, Apollodoream simpliciorem esse

cognoscimus, quippe ex ipsis poematis haustam, neque tot novis et adventiciis, ut ita dicam, sententiis mixtam, quot Diodoream. Itaque statuo, utramque ex illis poematis fluxisse, alteram recta via, alteram a mythographis et chronographis tum depravatam tum emendatam sive auctam, cuius rei multa exempla apud Diodorum exstant. Quae fuerit dissensio inter historicos, quorum fragmenta novimus, apparet ex Iosepho l. s. ubi: *περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν Ἔφορον δὲ Τίμαιος καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν, οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες κτλ.* Marmor cum sinceram mythologiam prae se ferat, eam tamen certis temporibus defixam, fontem eius quaerere debemus in illis temporibus, quibus simplices poetarum narrationes certis annis definiebant chronographi, tempora singularum rerum *γενεαῖς* et aliis auxiliis usi computantes. Iamiam experti sunt marmoris computi discrepantias chronographorum sed nondum fabularum miras explicationes quas apud Philochorum eiusque sectatores invenimus velut Triptolemi dracontem, alia.

Quattuor enim sunt epochae chronographiae, prima, quae ab Hellanico originem ducens temporum rationes tractare coepit, genealogiarum lacunas explevit, denique contextum chronologicum conformare quam maxime studuit. Atque primum quidem universa omnium graecarum nationum historia omissa singularum exordia et *αὐτοχθονίαν* demonstrare sibi proposuerant, tum universitatem nominis graeci complexi Ephoro duce temptaverunt historiam universalem. Eidem epochae mihi adscribendi videntur opera eorum, qui pristinorum computos et narrationes recensentes aut auxerunt aut resecuerunt. Inter quos princeps est Philochorus, qui imprimis Hellanici genealogias et sententias examinavit et castigavit sed Atthidis scriptor Atticas modo res attigit.

Altera epocha ut ita dicam systematica continetur computationibus Aristotelis eiusque discipulorum et qui eos sequuntur multis in rebus Alexandrinorum. Horum in rationibus, cum ex antiquiorum scriptorum operibus delectu habito suis computationibus illatis magna opera chronographica ederent, omnes

posterorum rationes positae sunt. Sed ipsorum culpa grandissimum huius epochae opus Eratosthenicum paucis locis exceptis oblivioni traditum est, cum Apollodorus suam syntaxin eamque versibus conscriptam substituisset, quam cum fere omnes sequerentur saepissime citatam invenimus. Sed iam desperaverat Apollodorus de accurata temporum fabulosorum definitione atque initium fecit a Troiae expugnatione quam historica fide commendatam putabat. Bibliotheca Apollodorea, obtruncatum illius operis supplementum idque maxime imbecilli ingenii fortasse locum obtinuit operis cuiusdam, quo Apollodorus lectorem in syntaxin induxit; adducor ad hanc sententiam praecipue introductione operis Diodori, qui multis in rebus imitatur Apollodorum.

Novas deinde mutationes nec pauca pericula chronographia Graecorum experta est, cum ad Romanos translata ad eorum computos et res accommodaretur. Hac in epocha exstiterunt illi libri, quibus tempora rerum Romanarum et Graecarum inter se comparabantur, qualem ipse scripsit Gellius (N. A. XVII 21) quem quidem dinstingui vult a s y n c h r o n i s m i s h o m i n u m i n u t r a q u e g e n t e e x c e l l e n t i u m a c r i a t q u e s u b t i l i i n g e n i o c o m p o s i t i s. Exstiterunt multi in hac epocha chronographi, e quibus plurimorum ne fragmenta quidem habemus velut Dionysii Halicarnassensis a Clemente Alexandrino strom. I p. 320 commemorati. Unum esset ex his temporibus opus Diodori, nisi benigna quaedam fortuna nobis servasset tabulam marmoream anno 15/16 p. Chr. n. incisam, quae eodem modo atque marmor Parium aliquot epochas continet ita computatas, ut indicent, quot anni inde a quoque facto usque ad annum auctoris praeterierint, quam edidit Henzen Mus. Rhenan. vol. IX p. 168 sqq. Contra Henzenum existimantem inservisse hanc tabulam usui discipulorum, equidem puto tales res ab illius aetatis educatione alienas fuisse, cum praesertim nonnullae res enumerentur omnino a puerili aetate abhorrentes velut aetates philosophorum, Thucydidis, Aegyptiorum regna. Est quidem valde diversa a tabula quae dicitur Iliaca quacum comparabat caelatura tabulae aversae adductus Henzenus, cum illa multo magis ad mentem et ingenium puerorum accommodata sit. Maxime vero improbabitur sententia Henzeni, si contemplati erimus, quo modo cohaereat cum ceteris chronographiis. — Alterum huius epochae monumentum est fragmentum Thrasylli Mendesii apud Clem. Al. p. 335 servatum, ut inscriptio Henzeni historicae chronographiae ita hoc mythicae

destinatum. Thrasyllus saeculi Tiberiani homo (cf. Muell. FHG III p. 503) tabulae Henzenianae fere aequalis est.

Quartae denique epochae dux est Sextus Julius Africanus, chronographus ut recte ait Malalas (velut p. 72 ed. Niebuhr.) sapientissimus. Huius in rationibus maxima ex parte Eusebii chronographia posita est. Sed valebat iam ante Africanum auctore Iusto [8]) christianorum studium demonstrandi Mosem antiquiorem esse antiquissimis Graecorum regibus. Eusebii igitur canones claudunt agmen chronographorum Graecorum, si quidem omittis eius sectatores, Hieronymum, Syncellum, auctorem versionis Armeniae, quibus tamen opus est ad illius chronographiam restituendam. Boeckhius iam Eusebii opere usus est ad supplendas lacunas et explicandas temporum notas marmoris Parii nuperque mirum contextum notavit editor Eusebii Alfredus Schoene (untersuchungen ueber das leben der Sappho Symb. phil. Bonn. II p. 756 [9]). Quodsi inveniemus multis in rebus, ne dicam plurimis, illas chronographias non dissentire nisi in temporibus definiendis, nonne putabimus ex uno eodemque fonte non solum marmoris Parii et Eusebii fontes fluxisse sed etiam bibliothecam Diodori — quatenus graecas res tractat — et Thrasylli opus et inscriptionem Henzenianam? Neque valde mirabimur temporum discrepantias, cum consideraverimus quales casus, quales mutationes doctorum et indoctorum hominum prima illa chronographia experta sit per sex saeculorum spatium. Sed maxime vituperanda mihi videtur ratio eorum, qui audent chronicon lapidi incisum et antiquitate ut ita dicam sancitum corrigere ex computis Eusebii, cuius non solum opus per varios scriptores dispersum servatum est, ita ut vix restitui possit, sed etiam librariorum culpa gravissime laceratum et perturbatum est. Nos quidem, ubi fieri poterit, quae Boeckhius reliquique vitia putabant ex singularibus rationibus orta esse demonstrabimus atque ita crimine negligentiae et stultitiae liberabimus Parium hominem aut, quod verius, eius

8) ex sententia Gutschmidii Fleckeiseni ann. VI p. 708.

9) Wie berechtigt eine solche — natuerlich mit vorsicht zu handhabende — nebeneinanderstellung der beiden groessten chronographischen reste aus dem alterthum ist, lehrt der umstand, dass trotz der beinahe sechs iahrhunderte, welche beide auseinander liegen, sich doch verschiedene verwandtschaftliche bezuege zwischen beiden chroniken zeigen, welche iedenfalls durch gemeinsame mittelbare oder unmittelbare quellen vermittelt sind.

fontem. Continget, opinor, ut detegamus a primo omnium chronographo usque ad supremum cohaerentiam quandam quae nos de fontibus etiam marmoris docebit.

Tum etiam demonstrabimus liberum esse marmor Aristotelis rationibus tum vere emendantibus tum in peius immutantibus, cuius rei ut unum hoc loco afferam argumentum, nusquam Diodorus, nusquam Eusebius ullum Aristotelis testimonium retulit. Neque puto eos ad Aristotelem accessisse, sed ex vetustioribus et simplicioribus fontibus hausisse, ut ex Hellanico, Philochoro saepius citatis, quos quidem ipsi non inspexerunt sed tamen in fontibus adnotatos invenerunt. Marmori igitur ut locum debitum tribuamus primum fontes seu similia apud posteros tradita spectare debemus, deinde chronologiam, quam singulari capite tractabo. Atque in fontium recensione ita agam, ut primum adnotem rerum concentus, temporum ratione, quatenus fieri potest, omissa, deinde colligam, quae ex iis sequantur. Hac quidem in recensione veniam, precor, mihi habeat lector si eadem saepius repetam; ne eum fatigem singulares partes de Siculorum historia[10]), de Pythiis instauratis[11]), de Macedonum regibus[12]) hoc loco omittam, quia postea per se tractabuntur, de Macedonum regibus satis disseruit de Gutschmid (die makedonische anagraphe Symb. phil., Bonn., I p. 101).

Exscribam singulos locos ponamque ex adverso ut mirus etiam in verbis consensus cognosci possit.

Ep. 1. *Ἀφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε καὶ ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη τὸ πρότερον καλουμένη Ἀκτικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ αὐτόχθονος κτλ.*	Eus. p. 24 Hn. *Κέκροψ ὁ διφυὴς Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς ἐβασίλευσεν ἔτη ν'.* 26 Hc. *Ἀπ' αὐτοῦ δὲ Κεκροπία ἡ χώρα ἐκλήθη.*

De vetusto Atticae nomine dissenserunt grammatici graeci, vetustiores derivaverunt secundum Stephanum Byzantium *Ἀκτήν* ab Actaeone homine indigena, Apollodorus et qui eum sequebantur a prominentia terrae. Videmus igitur unde discrepantia orta sit: Apollodorus primus exstitit, qui aliter de hoc nomine statueret. Pristinam vero derivationem non obliteratam esse

[10]) epp. 50, 53, 55, 62, 74. vide infra cap. II § 2.
[11]) epp. 37, 38. vide infra cap. III.
[12]) epp. 58, 61, 74, 76 (sec. Boeckhium).

ostendit commemoratio Phavorini apud Stephanum Byzantium s. v. *Ἀκτή*.[13]) Tertia exstat derivatio ab Atthide filia Cranai apud Strabonem c. 391, 397. cf. de hac re Paus. I, 2, 5; Plin. VII, 56[14]): Apollodori bibl. III, 14, 1. Altera erat dissensio de Cecropia, quo nomine Atticam vocasse Cecropem Parius scriptor, Pseudoapollodorus l. c., Stephanus Byzantius s. v. *Κεκροπία* testes sunt, contra Philochorus fr. 11 (Mueller. FHG vol. I) unum ex duodecim oppidis ita nominatum esse dicit. Invenies omnino saepius discrepantias inter Philochorum et marmoris scriptorem, quibus utemur, cum quo tempore opus unde Parius auctor hausit ortum sit definiemus. Adnotandum etiam est nomen Actaei sive Actaeonis apud Eusebium non exstare sed apud Tatianum or. adv. Graecos p. 150c ed. Otto et inde apud Clementem Alexandrinum p. 321. Actaeus cum marmore legitur.

Ep. 2. *Ἀφ' οὗ Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε κτλ.*

Eus. 26 Hh. *Δευκαλίων βασιλεύειν τῶν κατὰ Παρνασσὸν ἤρξατο.*

de Lycorea scripsit Paus. X 6, 2 et 3.

Ep. 3. *Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησι[ν ἐγέ]νετο Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη Ἄρειος πάγος κτλ.*

Eus. 28 He. *Ἄρειος πάγος ἐκλήθη καὶ δικαστήριον κατέστη.*

Narratur res fere ad verba marmoris apud Hellanicum fr. 69, 82; Philochorum fr. 16; Pseudoapollodorum III, 14, 2[15]); Paus. I, 28, 5 narratione de Alcippe addita.

Ep. 4. *Ἀφ' οὗ κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο κτλ.*

Eus. 26 Ha. *Κατὰ τοῦτον τὸν Κραναὸν ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ ὁ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμὸς ἐν Αἰθιοπίᾳ*

---

13) *Ἀκτή, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀκταίου τινός, ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὥς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτως τὴν χώραν ὠνόμασε καὶ τοὺς λαούς, Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν, οὕτω γὰρ ἐκλήθη διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν.*

14) illo capite quod de inventionibus aliisque rebus historicis agit, excerptum fortasse ex quodam libro *περὶ εὑρημάτων*; cf. Themistium or. 27 p. 337.

15) aeque atque apud Hellanicum fr. 82 etiam apud Pseudoapollodorum praeter hoc iudicium III, 15, 1 Cephali, III, 15, 9 Daedali mentio fit.

Thrasyllus l. c.[16]) ἀπὸ δὲ τῆς Μωυσέως στρατηγίας καὶ Ἰνάχου ἐπὶ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν, τὴν δευτέραν λέγω ἐπομβρίαν, καὶ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμόν κτλ.

Occurrit discrepantia de Deucalionis domicilio, nam cum marmor et Eusebius ep. 2 consentiant de Deucalionis apud Parnassenses populos regno, hoc loco apud Eusebium Thessaliae mentio fit. Depravaverunt enim auctores eius quod apud Strabonem c. 383 et Paus. X, 6, 2 recte narratum invenimus Hellenem demum in Thessalia regnasse.

Quae epocha **5** de Amphictyonis in Thermopylis regno deque appellatione Amphictyonum commemorantur, apud Eusebium non inveniuntur. Tamen rem ab Atthidum scriptoribus tractatam esse docet locus Pausaniae X, 8 ubi duae sententiae unde illud nomen fluxerit contra ponuntur: *Καταστήσασθαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήνων οἱ μὲν Ἀμφικτυόνα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς συνελθοῦσιν ἐπίκλησιν Ἀμφικτυόνας γενέσθαι. Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἔφη συγγραφῇ ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν προσοικούντων συνεδρεύοντες καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀμφικτίονας τοὺς συνελθόντας, ἐκνικῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον τὸ νῦν σφίσιν ὄνομα.* Videmus in hac quoque re simpliciorem in monumento Pario explicationem esse, quam praebuit etiam Theopompus, cf. Harpocrationem s. v. *Ἀμφικτυόνες*. cf. ad hanc epocham Harpocrat. s. v. *Πύλαι*, Suidam ibid. Strab. c. 420 et 429.

Ep. 6. *Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ Δευκ[αλίωνος Φθι]ώτιδος ἐβασίλευσεν καὶ Ἕλληνες [ὠν]ομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι*

Eus. p. 28 Hb.

ἀπὸ δὲ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ καλοῦνται

Alex. Polyhist. fr. 31 a.[17]) Ἑλλὰς ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ Ἕλληνος Δευκαλίωνος ὃς δυναστεύσας τῆς Φθιώτιδος τοὺς ὑπηκόους ἑαυτῷ γενομένους ἀντὶ Γραικῶν Ἕλληνας ἐκάλεσε.

---

[16]) cf. p. 12 s.

[17]) Mueller, FHG III p. 231.

cf. ad hanc epocham Strabon. c. 383, 444; Thuc. I, 3; Pseudoapollod. I, 7, 7; Paus. III, 20, 7.

Ep. 7 Marmor narrat Cadmum Agenoris filium e Phoenice Thebas venisse et Cadmeam condidisse. Non refert hanc rem Eusebius, sed cum p. 32 Hn. narret Cadmum cum Phoenice in Syriam migrasse ibique regnasse et deinde p. 34 Hn. Thebis eum regnasse, vix errabimus si hanc epocham excidisse statuimus, praesertim cum apud Diodorum III, 74 eodem fere modo quo in Paria tabula narretur. cf. ad hanc epocham Paus. IX, 5, 2; III, 15, 8, qui fusius rem narrat; Strab. c. 321, 401; Androt. fr. 28 (M. l. c. I p. 373) de comitibus Cadmi sententiam profert consentientem fere cum ea, quam ad ep. 5 recensuimus.

Ep. 9. *Ἀφ' οὗ ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ καὶ τῶν πεντ]ή[κοντα Δαναΐδ]ων ἐξ Αἰγύπτου [ε]ἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες* (desunt nomina pauca) *Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν [ἱερὸν ἱδρύσ]αντ[ο Ἀθηνᾶς] καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρά[πλῳ]*[18]) *ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας κτλ.*

Diod. V, 58. *κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους ἔφυγεν ἐξ Αἰγύπτου* (*Δαναὸς*) *μετὰ τῶν θυγατέρων καταπλεύσας δὲ τῆς Ῥοδίας εἰς Λίνδον καὶ προςδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσε, τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς ἐτελεύτησαν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν τῇ Λίνδῳ κτλ.*

Pseudoapoll. II, 1, 4. *τοὺς Αἰγύπτου παῖδας δεδοικὼς ὑποθεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ ναῦν κατεσκεύασε [πρῶτος τὴν κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν θυγατέρων πεντηκόντορον]*[19]) *καὶ τὰς θυγατέρας ἐνθέμενος ἔφυγεν.* § 8 *προςάγων δὲ Λίνδῳ τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύσατο.*

locus Eusebii p. 30 Hi. est sterilis ut saepius fit, Diodori locum apposui, qui ostenderet fontium cohaerentiam. Diodorum vero de morte trium Danaidum et Parium scriptorem de sacrificio narrantem quomodo inter se conciliem non habeo, fortasse fabula

---

[18]) sic Boeckhius relicta lectione quae apud Seldenum exstat non probabiliter.

[19]) cf. Eustath. ad. Iliadem *α* 42.

de morte Danaidum serius inserta est: neque exstat apud Herodotum II. 182. — Parius auctor primus pentecontorum cum quinquaginta Danaidibus commemorat et quamquam inde navem nomen duxisse non clare dicit toto tamen habitu verborum significat ut solet (cf. ep. 5). Navem simplicem primum aedificasse Danaum multi referunt, in iis Hygin. fab. 277; Plin. VII. 56

Ep. 10. *Ἀφ' οὗ Ἐριχ|θόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξεν καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυεν κτλ.* de quibus satis dixit Boeckhius.

Eus. 32 Hg. *Ἐριχθόνιος ἅρμα πρῶτος Ἕλλησιν ἔφευρεν, ἦν γὰρ ἀπὸ βαρβάρων.*[20])

Harpocr. s. v. *Παναθήναια. ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν πρῶτος Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου καθά φησιν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτεροι ἐν α' Ἀτθίδος*

De ordine quo singuli dies festi Graecorum instituti sint, praeter Parium duos habemus testes, alterum auctorem Pepli qui dicitur Aristotelici (cf. p. 9), alterum apud Photium cod. 279 Helladium. Est inter hos tres summa discrepantia, neque aliud quicquam inde evadit nisi ab Aristotelis rationibus marmor discrepare. Persuasum mihi quidem est non ex uno utrumque fonte hausisse, Helladium vero multis in rebus temere errasse velut quod Isthmia ante Olympia ponit. Quamquam concedendum est Helladium magis cum Pario scriptore consentire, quod dicit certamen Pythicum non in honorem Apollinis Pythonem necantis institutum esse (ut referunt auctor pepli et scholiasta Pindaricus in hypothesi Pythiorum carminum) sed post Cirrhae demum exitium. Singularem sententiam de institutione Lycaeorum et Panathenaeorum profert Paus. VIII. 2. 1 Lycaea tempore Panathenaeis superiora esse nomenque Panathenaeorum ludis a Theseo demum populo in unam civitatem redacto inditum esse. Scriptorum plurima testimonia ad hanc epocham attulit Boeckhius in notis criticis: de ceteris hac epocha narratis rebus nihil exstat in annalibus, quos maxime hoc loco specto.

Ep. 11. *Ἀφ' οὗ Μίνως [ὁ] πρ[ότερος*[21]) *ἐβα[σίλευσε Κρήτης καὶ Κυδω]νίαν ᾤκισε καὶ σίδηρος*

[20]) Apud Hieronymum p. 25 Hn. a. 449 ab. Abr. Primus quadrigam iunxisse fertur Trochilus.

[21]) duo Minoes etiam apud Diod. IV. 60 et Eusebium discernuntur.

ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Κέλμιος κ[αὶ Δαμναμένεος καὶ Ἄκμονος κτλ.

Eus. 36 Ha. οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι οἱ σίδηρον εὑρόντες κατὰ τούτους ἦσαν.

Thrasyll. l. c. ἐπὶ τὸν Ἴδης ἐμπρησμὸν καὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ σιδήρου καὶ Ἰδαίους Δακτύλους κτλ.

Diod. V, 64. οἱ δ' οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν καὶ τὴν τοῦ χάλκου καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν.

Cf. alios locos partim congruos partim dissentientes Ephor. fr. 65; Pherecyd. fr. 7; Plutarch. Num. c. 15; Strab. c. 355, 473. Mnaseae fr. 26 (M. III p. 154); Dion. fr. 4 (ibid. II p. 90); Plin. VII, 56.

Ep. 12. Ἀφ' οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν ἐφύ[τε]υεν καὶ πρ[όπειρα ἐ]πρά[χθη πρ]ώτη δ[ειξάντων Τ]ριπτολέμου καὶ Νεαίρας

Eus. 36 Hd. τὰ κατὰ Δήμητραν ἣν τινες Ἶσιν φασίν.

Diod. I, 29, 2. καὶ τὴν τῆς θεοῦ δὲ παρουσίαν εἰς τὴν Ἀττικὴν γεγονυῖαν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους (Ἐρεχθέως) παραδέδοσθαι κατὰ λόγον ὡς ἂν ἐπωνύμων ταύτης καρπῶν τότε κομισθέντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ διὰ τοῦτο δόξαι πάλιν ἐξ ἀρχῆς τὴν εὕρεσιν γεγονέναι τοῦ σπέρματος δωρησαμένης τῆς Δήμητρος.

idem V, 68, 2. Τῷ Τριπτολέμῳ ἀποδοῦναι τὸν τοῦ σίτου σπόρον.

Pseudoap. III, 14, 7. Πανδίων ἐβασίλευσεν ἐφ' οὗ Δημήτηρ καὶ Διόνυσος εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. Ἀλλὰ Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο κτλ. cf. I, 5.

Pausanias I, 14, 2 narrat, quibus auctoribus hae fabulae tribuantur, Orpheo et Musaeo, num recte tribuantur ipse dubitat; de re cf. Isocr. paneg. § 28 hymn. in Cerer. v. 449 sqq. In nomine matris Triptolemi dissentit Parius a reliquis omnibus.

Ep. 13. Ἀφ' οὗ Τριπτό[λεμος ὁ Κελεοῦ καρπὸν] ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι κτλ.	Eus. 36 Hl. Ἐλευσῖνος πόλεως Κελεὸς ἐβασίλευσεν καθ' ὃν Τριπτόλεμος ἦν, ὅν φησιν Φιλόχορος μακρῷ πλοίῳ προςβαλόντα ταῖς πόλεσιν τὸν σῖτον διδόναι. ὑπονοεῖσθαι δὲ πτερωτὸν ὄφιν εἶναι τὴν ναῦν, ἔχειν δέ τι τοῦ σχήματος.

Apparet in his verbis discrepantia inter marmor et Eusebium sive ut rectius dicam Philochorum. Neque enim Triptolemus Celei filius, ut Boeckhius ex antecedenti epocha, Suida s. v. *Ῥαριάς*, Pseudoapoll. I, 5, 2 recte supplevisse mihi videtur, apud Philochorum est sed quasi divinus advena. Plane alia est, ut tamen magis ad marmor inclinet, narratio apud Diodorum I, 20. *Τριπτολέμῳ δ' ἐπιτρέψαι* (scil. *τὸν Ὄσιριν*) *τὰς κατὰ τὴν Ἀττικὴν γεωργίας, τέλος δὲ τὸν Ὄσιριν ἐπελθόντα πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις καρποῖς εὐεργετῆσαι*, cum partes quas Philochorus uni Triptolemo tribuit hoc loco in duos distribuantur. Cognoscitur his Diodori verbis novus Romanorum cultus deorum Aegyptiorum, cuius rei exemplum etiam apud Eusebium, Iside praeter Cererem nominata; inseruerunt videlicet mythologiae quam a maioribus acceperunt sententias et suae aetatis opiniones. Marmor quidem ut ex multis aliis rebus ita ex hac maxime patet intactum esse sententiis Philochori ficticiis, secutum vero esse Homerum sive Homericos, quos Triptolemum inter Eleusinios enumerasse auctor est Pausanias II, 14, 3. Discrepantiam vero de parentibus Triptolemi iam inter Panyasin et Pherecydem fuisse ostendit Pseudoapollodorus l. c. *Πανύασις δὲ Τριπτόλεμον Ἐλευσῖνος λέγει, Φερεκύδης δέ φησιν αὐτὸν Ὠκεανοῦ καὶ γῆς.*[22])

Ep. 14 quae de Orpheo narrantur, mysteriorum aliorumque carminum scriptore plurimis locis inveniuntur, atque de eius

[22]) Miram inter singulorum chronographorum opera cohaerentiam cognoscere licet ex iis quae inveniuntur in latina versione praefationis Eusebianae p. 7 ed. Schoene: „Liberae quoque raptus et Europae, sacra Cereris atque Isidis, delubrum in Eleusina frumenta Triptolemi et regnum Trois,

> Cuius Di natum Ganymedem ad sidera raptum
> Vina Iovis Magni voluerunt fundere mensis."

collato loco Thrasylli: *καὶ ἀπὸ Ἴδης ἐμπρησμοῦ ἐπὶ Γανυμήδους ἁρπαγὴν ἔτη ξέ.*

aetate et historia mythographi et chronographi ita dissentiebant, ut quae Parius refert alia alio loco repetita invenias, Eusebium vero etiam in hac re cum Pario scriptore consentire cum p. 46 He. praebeat: *Ὀρφεὺς ἐγνωρίζετο, τούτου μαθητὴς Μουσαῖος ὁ Εὐμόλπου υἱός.* cf. de hac re Ephor. fr. 65 plane discrepans, Tzetzem chil. XII, 179, Philochori fragmentum apud Muellerum IV p. 648 b, Suid. p. 1147 B ed. Bernh., Paus. III, 14, 5; I, 14, 3. Diodorum III, 65 de Orphei auctoritate *Χάροπος υἱὸν γενόμενον Οἰάγρον παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν καὶ τὰς ἐν τοῖς μυστηρίοις παραδεδομένας τελετὰς ἃς ὕστερον Ὀρφέα τὸν Οἰάγρου μαθόντα τοῦ πατρὸς καὶ φύσει καὶ παιδείᾳ διενεγκόντα πολλὰ μεταθεῖναι ἐν τοῖς ὀργίοις.* Auctori marmoris Orpheus princeps est neque magnam seriem maiorum cognoverat, quam posteriores ad ultima tempora produxerunt. Apparet fabulas a poetis et philosophis qui suas intulerunt carminibus sententias paullatim mutatas esse et has discrepantias singulorum auctorum in chronographos translatas etiam horum scripta infecisse, marmor nondum his argutiis imbutum sinceram mythologiam temporibus defixam praebet.

Ep. 15. Eumolpi bellum contra Athenienses quo Erechtheus et Immaradas (Paus. I, 38, 3) ceciderant in Paria tabula non memoratur; tamen tempora mire conveniunt cum Eusebio ut putandum sit Parium loqui de illo uno et primo Eumolpo, non de quinto, quem poetam mysteriorum fuisse statuit Andron Halicarnassensis fr. 11 (Muell. l. c. II p. 351). Ex ceteris Andronis fragmentis cognoscimus cum multis in rebus Hellanici rationem habuisse tum approbantem tum adversantem. Fortasse igitur non errabit si quis ex hoc fragmento concluserit etiam Hellanicum hanc rem narrasse.[23])

Ep. 17.[24]) *Ἀφ' οὗ [ἐ]ν Ἐλευσῖνι ὁ γυμνικὸς [ἀγὼν ἐτέθη κ]α[ὶ . . . . κ]αὶ τὰ Λύκαια ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐγένετο καὶ [αἱ ἐ]κ*

Aristides XIX p. 417 ed. Dind. *γυμνικὸν γενέσθαι πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς καὶ τὸ ἆθλον εἶναι τοῦ καρποῦ τοῦ*

---

[23]) de bello et Eumolpo cf. Strab. c. 383 Paus. I, 38, 3. Acestodor. (Mueller. l. c. II p. 464 a); de mysteriis ab Eumolpo inventis confer Etymologicum Magnum s. v. *Εὐμολπίδαι.*

[24]) de ep. 16 nihil certi mihi statui posse videtur cum Boeckhii coniectura omnino discrepet a literis spatioque lacunarum, Muelleri qui de Ixione cogitat non cum mytho conveniat, Ne [*φου*]*ου* quidem cum Seldeni apographo convenit.

κ[ηρύξεις τοῦ]Λυκάονος ἐδόθησαν [ἐν] τοῖς Ἕλλ[η]σι[ν κτλ.

φανθέντος, πειρωμένων τῶν ἀνθρώπων ὅσον εἰς ἰσχὺν ἐκ τῆς ἡμέρου τροφῆς ἐπέδοσαν.

Aristidis locus consentit cum Pario etiam in eo, quod non multo post frugum inventionem certamen institutum esse dicit; de Lycaeis vid. Plin. VII, 22, 34. Paus. VIII, 2, 1. Quae Boeckhius proponit de infantis sacrificio mihi non probantur cum sint, ut ita dicam, ὕστερον πρότερον quod non probandum est.[25])

Epochae 18 ingeniosissima supplementa, quae Boeckhius proponit nihilominus nimis incerta sunt, cum parum literarum relictum sit. Neque mirum esset si Parius Olympicum certamen omisisset, quippe qui saepius negligentius in rebus eligendis agat. Obstant etiam spatia lacunarum, quominus quae Boeckhius supplet accipiamus. Muelleri tamen coniectura etiam minus probanda mihi videtur, infert enim quod memoratione vix dignum erat. Fortasse de servitute Herculis apud Omphalen acta aliquid dictum erat.

Ep. 19. Res non in canone narrata exstat in Eusebii praeparatione evangelica V, 19, ubi acerbis verbis in Minois iudicium invehitur. Varia de hac re testimonia collecta invenis apud Plutarchum (Thes. c. 15 sqq.) Philochori, Aristotelis, Hellanici. Atque Philochorus multum distat a ceteris interpretatione, qualem saepius apud eum invenimus, ad humanae rationis captum redacta. Inter Diodorum Pseudoapollodorumque et Parium scriptorem cohaerentiam collatis locis facile cognosces.

M. P. Ἀφ' οὗ Ἀθήνησι [σπάνι]ς τῶν καρπῶν ἐγένετο καὶ μαντευομένο[ι]ς [τοῖς] Ἀθη-ν[αίοις Ἀπόλ]λων ἔ[χρ]η[σε δίκα]ς ὑποσχε[ῖν] ἅ[ς] ἂμ' Μίνως ἀξιώσῃ κτλ.

Pseudoap. III, 15, 8. Ὁ δὲ θεὸς ἀνεῖπεν αὐτοῖς Μίνωι διδόναι δίκας ἃς ἂν αὐτὸς αἱρῆται

Diod. IV, 61. εἰθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν ἐὰν τοῦ Ἀνδρογέω φόνου τῷ Μίνωι δίκας δῶσιν ἃς ἂν δικάσῃ.

Ep. 20. Ἀφ' οὗ Θησ[εὺς βασιλεύων] Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀπ[έδ]ω[κε καὶ ἀπο-

Eus. p. 50 Hb. Θησεὺς Ἀθηναίους κατὰ χώραν διεσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγὼν ἤτοι εἰς μίαν πόλιν πρῶτος ἐξωστρακίσθη πρῶτος θεὶς τὸν νόμον.

[25]) de ordine certaminum vide ad ep. 10.

γενόμεν]ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σῖνιν ἀποκτείνας κτλ.	Philoch. ap. Strab. p. 397. *Κέκροπα πρῶτον ...... πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς, ἐβασιλεύοντο μὲν [οὖν οἱ Ἀθηναῖοι] πρότερον, εἶτ' εἰς δημοκρατίαν μετέστησαν.*

Videmus etiam Philochorum iam de democratia a Theseo instituta scivisse, fuit certe sententia communis Atticorum omnium, quam etiam auxit fons Eusebii, qui eum ostracismo patria pulsum esse dicit. Confer ad hanc rem Thucyd. II, 15, 2, Diod. IV, 61, Charac. fr. 28 (M. III p. 642) neve neglexeris Aristot. fr. 2 ubi primum non ad democratiam sed ad ochlocratiam Theseum inclinasse dicit. — Ad alteram rem hac epocha narratam cf. Plut. Thes. c. 25. *καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκεν κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διὶ καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκιρῶνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγενείαν, οἱ δὲ Σῖνιν οὐ Σκειρῶνα καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως οὐ δι' ἐκεῖνον ..... ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν.* Videmus ex hoc fragmento de iisdem rebus eadem Hellanicum et Parium scripsisse.

Ep. 21. *Ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας κτλ.*	Eus. p. 50 Hp. *Ἀμάζονες κατὰ Ἀθηναίων ἐστράτευσαν.* Thrasyll. l. c. *εἰς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατεῖαν κτλ.*

Narratur res a Clidemo fr. 6 (M. I p. 360); Strab. c. 504 ut ficticia; Paus. I, 41, 7. Diod. IV, 28; memoratur in honorem Atheniensium ab Herodoto IX, 27, ab Isocrate paneg. § 70. Quod vero gravius, etiam Hellanicus hanc rem narravit fr. 81 *Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιός φησιν ὅτι παγέντος τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου διέβησαν αὐτὸν καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν κτλ. — οὐ λέγει δὲ τὴν αἰτίαν.* Atque aeque ac Parius auctor omisit causam.

Ep. 22. *Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ]' Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν καὶ τὸν ἀγῶνα [ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ [ἔ]θ[εσ]αν [τῷ Διί] κτλ.*	Eus. 48 He. *οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν* Thras. l. c. *εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας κτλ.* Diod. IV, 65. *οἱ δὲ περὶ*

| τὸν Ἄδραστον .... ἐστράτευσαν
| ἐπὶ Θήβας.

Neque dubitabis quin Hellanicus de hac re locutus sit, si reputaveris quam similiter Diodorus et Hellanicus (fr. 11 et 12) de altera expeditione narraverint. — Confer ad hanc epocham Pherecyd. fr. 83; Pseudoapoll. III, 6 et 7; Asclepiad. Tragilens. fr. 23 (Muell. III p. 305).

Epp. 23 et 24. De expeditione et expugnatione Troiana hoc loco loqui supersedere possum. Res tot locis memorata tantaeque gravitatis apud omnes illos scriptores invenitur. (cf. Boeckhium ad hanc epocham.)

Ep. 25. Areopagitarum de Oreste iudicium refert Nicol. Damascenus frr. 34 et 50 (M. III p. 374 sqq.) nominato etiam Demophonte rege, Hellanicus fragmento corruptissimo 82. De Erigone Orestem in iudicium vocante cf. Simonidem Amorgium (sic!) apud Nat. Comit. Mythol. IX, 2 coll. Tzetze ad Lycophr. p. 1374. et Etym. M. s. v. *Αἰώρα* (p. 42, 3), ubi de diebus festis qui *αἰώρα* dicuntur institutis in honorem Erigonae agitur; haec quidem narratio Attico scriptori mihi addicenda videtur.

Ep. 26. De Teucro Salaminis Cypriae conditore scripsit praeter alios Phanodemus Atthidis scriptor (fr. 8 M I p. 367), erat dissensio unde Teucer emigravisset (Strab. c. 604), qua quidem re patefit saepius de hac re disputatum esse neque non ab Atthidum scriptoribus, quoniam agitur de pago Attico. cf. Paus. VIII, 15, 7; Pind. Nem. IV, 31.

Ep. 27. Colonia Ionica apud Eusebium p. 60 Hn. memorata fusius narrata invenitur apud Aelianum v. h. VIII, 5, Etym. M. s. v. *ἐλεγειίς*, Suid. s. v. *τὸν Κολοφῶνα ἐπίθες* et *Ἰωνία*. Strab. c. 633; Paus. VII, 2, 1.

Epp. 28 et 29 omittam, est quidem singularis Parii sive eius fontis sententia plane obruta a grammaticorum posteriorum computationibus, ita ut apud paucissimos exstet (cf. Boeckhium ad has epochas). Quae paullatim orta sit dissensio de aetate Homeri cognosci licet ex Tatiano adv. Graecos c. 31.

Ep. 30.[26]) *Ἀφ' οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα καὶ ἀ]νεσκεύασε καὶ νόμισμα*	Eus. 74 Hh. *Φείδων Ἄργους κρατῶν ἀδελφὸς Κρανασῦ τοῦ α' βασιλέως Μακεδόνων μέτρα*

[26]) Inde ab hac epocha deficit opus Diodori solis fragmentis servatis; difficillimus igitur cognitu neque semper certus connexus.

ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους κτλ. | καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν κτλ.

Magna est discrepantia temporis adnotati, ut assentiar A. de Gutschmid errasse Parium in adnotando tempore, scribendumque esse pro 𐅅ΗΔΔΔΙΙ : 𐅅ΔΔΔΙΙ.[27]) Hoc modo plane convenit cum Eusebio neque vitium auctori sed lapidario tribuendum cum sequens epocha emendatam scripturam non refellat. cf. Plinium h. n. VII 198 ubi refertur sententia Gn. Gellii plane discrepans a ceteris Palamedem esse mensurarum inventorem, quocum compara Eusebium l. c.: *ἦσαν δὲ καὶ πρὸ τούτου.* — Accuratius etiam Parius Phidonem definit addito *ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους*, consentit in hac re cum Porphyrio (fr. 1 M. III p. 680). *Καρανὸς ὁ Ἀργεῖος ἀδελφὸς ὢν Φείδωνος ἑνὸς τῶν ἀφ' Ἡρακλέους καταγόντων τὸ γένος καὶ τῆς Ἀργείας βασιλεύοντος· οὗτος ὁ Καρανὸς ἀπὸ μὲν Ἡρακλέους ια' ἦν κτλ.* Aliae exstant sententiae Ephori apud Strabonem c. 358 decimum esse Phidonem a Temeno, Theopompi aliorum apud Diodorum VII fr. 15. Porphyrii scripta cum saepius in usum vocasset Eusebius fortasse haec quoque inde hausit. Praebet fere eadem ac marmor Etym. M. s. v. *Εὐβοϊκὸν νόμισμα*, ubi Phidonem in Euboea nummos cudisse dicitur. et s. v. *ὀβελίσκος*, ubi rectius Aeginae illud eum fecisse narratur. Praeterea cf. ad hanc epocham Plin. VII, 57 et Polluc. onom. IX, 83 et X, 179.

Ep. 31. Syracusae ab Archia, decimo a Temeno conditae narrantur ab Eusebio p. 82 Hf. Est etiam apud Diodorum aliquid de hac re relictum, cum lib. VIII fr. 8 causa cur Archias conditor Syracusarum patria cesserit, narretur. De tempore infra cap. III videbimus. cf. ad hanc epocham Strab. 380, 262 (ex Antiocho Syracusano); Suidam s. v. *Ἀρχίας* et Steph. Byz. s. v. *Συρακοῦσαι*; Paus. V, 7, 3.

Concluditur hac epocha mythica quam dicere mihi liceat pars. Priusquam de fontibus disseram unum memorabo quod quae necessitudo Parium inter et Eusebium intercedat planum reddat. Post mortem Codri desierunt Athenienses regibus uti, in eorum locum successere principes perpetui solentque igitur scriptores de his principibus vocabulo *ἄρχειν* uti. Quod cum Eusebius p. 60 Hdf. diserte narret, tamen pergit reliquos principes

---

[27]) die makedonische anagraphe adnotat. 42.

eodem modo quo Parius auctor (cf. epp. 27—31) nomine regum appellare.

Vidimus in hac parte marmoris manifestam extare cohaerentiam inter Parium et Diodorum et Eusebium, vidimus etiam saepe Hellanicum easdem res narrasse, saepius Philochorum sive alium quem ex Atthidum scriptoribus Androtionem vel Phanodemum vel Clidemum, saepissime etiam invenimus apud Strabonem, Pausaniam, Stephanum Byzantium, Suidam, Etymologicum Magnum, quos in rebus Atticis praecipue Atticos scriptores adhibuisse et notum et consentaneum est. Tum si spectamus consensum non perfectum quidem sed tamen late patentem cum Pseudoapollodoro eiusque quos Robertus invenit fontibus, mihi quidem persuasum fit Atticum quendam scriptorem haec omnia in multo maiorem acervum contulisse et inde Parium sine consilio et iudicio delibasse. Qua quidem ratione primus ille auctor chronographiam suam digesserit et disposuerit infra videbimus, de aetate, eius quid sentiam, hoc loco breviter disseram. Agitur de Actaeo ex Parii sententia indigena. Duae apud Eusebium praep. evang. X, 10 p. 489 referuntur sententiae, una Hellanici, qui continuum ut efficeret regum ordinem iis quos ipse acceperat ficticios inseruerat, altera Philochori qui has res iudicavit et refutavit. Atque ut in hac re ita etiam saepius pristinorum sententias castigare conatur. Eius imprimis sententias et opiniones multifariam plane singulares nobis servavit Eusebius ut supra attigi. Errare igitur non possumus, si statuimus fontem marmoris vetustiorem quam Philochorum esse et pendere ab eo scriptore, qui Actaeonem primum regem et indigenam referret, idemque iam probaret sententiam eorum qui illos reges ficticios inter Ogygen et Cecropem interpositos improbabant et omittebant, atque exordiebantur a Cecrope. Fuerunt enim qui non Ogygen indigenam inter eiusque posteros Actaeonem enumerarent sed Actaeonem indigenam putarent et ab eo ordirentur[28]), sicuti alii a Cranao et Cecrope. Ut vero continuum ordinem efficeret, fons Parii omisit eos qui antecedebant in fastis et a Cecrope initium fecit ne ea quidem in re dissentiens ab Eusebio, qui quamquam Ogygen nominavit tamen spatium inter Cecropem et Ogygen non explet sed a Cecrope continuos reges Atheniensium exorditur. In Atthidum igitur scriptoribus fontes quaerendi mihi videntur,

---

[28]) cf. Paus. I, 2, 5.

neque haerere debemus in eo, quod saepius nobis contrariae sententiae apud illos occurrunt. Multo magis putabimus multos Atthidum scriptores easdem res libris suis tractantes cum tum inter se consentirent, tum de suo adderent, tum pristinorum sive aequalium scriptorum sententias improbarent (velut Philochorus librum Demonis) paullatim illas discrepantias effecisse. Satis igitur mihi quidem esse videtur si unius cuiusque rei memoriam aliam apud alium scriptorem cognoscere possumus. Ab Aristotelis autem curis alienum esse marmor iam ex eo colligitur, quod nullo modo illius sententiae tam brevi temporis spatio in tot scriptorum opera permanare potuerunt. —

Transimus iam ad alteram partem historicam, in qua accuratius de rebus a Marmore enotatis iudicare licet. Comparabimus eadem ratione Eusebii et Parii adnotationes imprimis, adiunctis testimoniis aliorum scriptorum de iisdem rebus disserentium.

Ep. 32. *Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ἦρ[χ]εν ὁ ἄρ[χ]ων κτλ.*	Eus. p. 84 extr. *μετὰ τούτους ἄρχοντες ἐνιαυσιαῖοι εὑρέθησαν ἐξ εὐπατριδῶν κτλ.*

Ep. 33 agitur de Terpandro, de quo apud Eusebium multo brevius adnotatum invenis p. 88 H. *Τέρπανδρος μουσικὸς ἐγνωρίζετο.* Versabor in hac epocha paullo diligentius cum Otto Loewe in dissertatione „de Terpandri Lesbii aetate“ Halis edita a. 1869 marmor quoque attigerit. Inclinat enim in Boeckhii de Phaenia Eresio sententiam, quam etiam de suo fulcire conatur (p. 19 sq. et 35 sqq.). Nisus in eo quod Phaenias apud Clementem Alexandrinum p. 333 Archilocho Terpandrum recentiorem dicit marmoris adnotationem singulari modo a Phaenia derivare conatur. Conicit enim antecedenti epocha plane deleta ut ex reliquiis nunc quidem nihil intelligi possit Archilochum nominatum fuisse, et hac ratione Boeckhii coniecturam fulcire conatur. Est quidem mera coniectura neque ea, quae multa graviora quae contra Boeckhium faciunt argumenta debilitet. At si maxime vera esset, eane re demonstraretur Phaeniam esse fontem marmoris? Neque hoc uti licet quod Parium hominem Archilochum suum non credibile sit omissurum fuisse; si quidem Pariarum rerum nulla ratio habetur. Satis mihi est hanc quoque epocham apud Eusebium commemorari, sed, ut perstringam Loewii sententiam de Hellanici et Sosibii testimonio, libenter facio cum iis, qui putant Sosibium in Carneorum tempore definiendo

ab Hellanico discessisse et ab Athenaeo XIV p. 635 F. temere amborum scriptorum computationes compositas esse. Neque quod de Terpandro primo Carneonica narratur tam certum esse videtur. cum praecipue in primis ludorum victoribus multi sint ficticii, ut Chrysothemis, Philammon, Thamyris, deinde post instaurationem ter victor Sacadas (cf. Paus. X, 7, 2 et 4 de Pythiis). Atque quomodo hoc factum sit in aperto est, nempe ubi defecerunt victores suppleti sunt alii alia ratione. Quis vero magis scriptoribus idoneus videri potuit, qui exordiretur seriem Carneonicarum quam Terpander, nomorum inventor qui praecipue Carneis canebantur? Nihil igitur certi ex hac compositione requirendum.

Ep. 35 adnotatur initium regni Alyattis, Boeckhius numerum deletum ita supplevit, ut cum Eusebio, Hieronymo, Excerptis Barbaris inter hanc epocham et ep. 41 anni undequinquaginta intercedant, num recte fecerit valde dubium mihi videtur. vide infra ad ep. 41.

Ep. 36 fuga Sapphonis Lesbiae narratur, alteram partem deletam non supplere ausi sunt viri docti ante A. Schoene (leben der Sappho, Symb. phil. Bonn., II p. 758), qui Eusebio adhibito de Alcaei stasioticis cogitat. Ratio mihi probabilis videtur, sed tamen valde dubito, num hoc loco Alcaei memoria suppleri possit, cum ab eo eiusque rebus plane abhorreant quae de geomororum in Sicilia dominatione narrantur. Tamen si hanc inconstantiam ortam fortasse ex fontis indole Pario iniungere vis, concedam; fortasse etiam ipse addidit, cur in Siciliam fugisset Sappho, quod si verum sit, erit haec adnotatio eodem loco habenda quo alia additamenta de quibus supra dixi. Quod hoc loco maxime refert, Eusebius quoque Sapphonis mentionem fecit.

Epp. 37 et 38 infra cap. III sq. tractabuntur accuratius. ep. 37 non invenitur apud Eusebium, ep. 38 extat p. 94 He. *Ἴσθμια καὶ Πύθια πρώτως ἤχθη μετὰ Μελικέρτην.*

Ep. 39, qua comoedia a Susarione inventa memoratur, non exstat apud Eusebium, sed tamen legimus testimonium Clementis Alexandrini, quod nos adducit, ut etiam huius rei si minus ab Eusebio certe ab eius fontibus mentionem factam esse putemus. Invenimus enim apud Clementem strom. p. 308 multos poetas et scriptores enumeratos, quos magna ex parte apud Eusebium repetitos vides (ut multas alias res ab apologetis Tatiano et

Clemente narratas); non additi sunt numeri, sed disertis verbis Clemens se numeros appositos vidisse fatetur.[29]) Ibi invenimus: κωμῳδίαν δὲ Σισαρίων (sic!) ὁ Ἰκαριεύς (scil. ηὗρεν) — Aristotelem plane aliter de hac re cogitasse patet ex poet. c. III, ubi de Doriensibus tragoediam et comoediam sibi vindicantibus loquitur nulla mentione Susarionis facta. Susarionem nominatum invenis praeterea in comm. περὶ κωμῳδίας apud Bergkium praef. VIII § 6, et apud Ioann. Tzetzem στίχοις περὶ διαφορᾶς ποιητῶν v. 77.[30])

Ep. 40. Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος ἐτυράννευσεν κτλ. . . . . . ἄρχοντος Ἀθήνησι Κωμίου.	Eus. p. 94 Hr. Πεισίστρατος Ἀθηναίων ἐτυράννησεν. inscr. Henz. ep. 5 — Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος ἐτυράννησεν ἐν Ἀθήναις καὶ Αἴσωπος ὑπὸ Δελφῶν κατεκρημνίσθη,

Comiae anno etiam a Plutarcho Sol. c. 32 Pisistrateae tyrannidis initium attribuitur, Aesopi vero mors etiam apud Eusebium p. 94 Hp. refertur, iisdemque fere verbis apud Suidam s. v. § 2.

Ep. 41. Ἀφ' οὗ Κροῖσος [ἐξ] Ἀσίας [εἰς] Δελφο[ὺ]ς ἀ[πέστειλεν κτλ.	Eus. v. A. p. 96 f. Coisi res et iudicium oraculi. Hieron. p. 97 g. ea quae de Croeso memorantur, quomodo temptarit oraculum.

Non mihi cum Boeckhio hoc loco de ea legatione agi videtur, cui Aesopus praefuit. Aesopi potius nulla ratio habita videtur, quippe quem canon Eusebianus et inscr. Henzen. iam ante Pisistrateae tyrannidis initium mortuum tradant. Quamquam nemo erit, qui dubitet de illarum chronographiarum cohaerentia, tamen difficillimum est discernere, de quanam legatione hoc loco agatur; nisi de vitio librariorum cogitare velimus, mihi quidem posterior intelligenda videtur.

Ep. 42. Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ [Πυθία]ς σφαλ[έντα ἐζώγρησεν κτλ.	Eus. 96 Hh. Κροῖσος ἐπὶ Κῦρον ἐστράτευσεν. Hi. Κροῖσος κατὰ Κύρον στρατεύσας ἥλω σὺν τῇ Λυδῶν βασιλείᾳ.

---

[29]) l. c. in fine τοὺς χρόνους τούτων παῖδες παραδιδόασι γραμματικῶν, μακρὸν δ' ἂν εἴη τούτους ἀκριβολογούμενον παραθέσθαι; videlicet non id egit ut chronographiam scriberet.

[30]) Schol. Graec. in Aristoph. ed. Duebner prolegg. p. XXIII.

Hn. *Κῦρος Σάρδεις εἷλεν.* inscr. Henz. ep. 6. *Ἀφ' οὗ Κροῖσος Κύρῳ ὑποχείριος* et quae deleta sunt.

ἦν δὲ] καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός.

Eus. p. 85 Hi. ad ol. 23, 1. Hipponax notissimus redditur.

Maxime differt temporis definitio, inclinat Eusebius ad eorum sententiam de quibus Plutarchus de mus. c. 6 *ἔνιοι δὲ πλανώμενοι* inquit, *νομίζουσι κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρου Ἱππώνακτα γεγονέναι.* Parius scriptor consentit cum Plinio h. n. XXXVI 5 Hipponactis poetae aetate, quem certum est LX olympiade fuisse, dissentit a Proclo (chrestom. ap. Phot. cod. 239) qui Darii aequalem eum dicit.

Ep. 43. *Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς [ἐφάνη] πρῶτος ὃς ἐδίδαξε [δρ]ᾶ[μα ἐν ἄ]στ[ει καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον]*

Clem. Alex. l. c. *καὶ τραγῳδίαν μὲν Θέσπις ὁ Ἀθηναῖος*

Eus. 92 H. *τοῖς ἀγωνιζομένοις παρ' Ἕλλησι τράγος ἐδίδοτο ἀφ' οὗ καὶ τραγικοὶ ἐκλήθησαν.*

Eusebiana temporis definitio (ol. 48, 1) prope accedit ad Plutarchum (Sol. c. 29) ubi narratur Solonem quoque tragoediarum spectatorem fuisse *ἀρχομένων τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν.* Neque id mirabimur cum sit verisimillimum a posteris pristinorum numeros correctos et mutatos esse. de re cf. Hor. ad Pison. vv. 220 et 275 sq. et Suidam s. v. *Θέσπις.*

Ep. 44. Darii regni initium Eusebius quoque adnotat.

Ep. 45. *Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ [Ἀριστογε]ίτων ἀπέκτε[ιναν Ἵππα]ρχον Πεισιστράτου Ἀ[θηνῶν τύραννον]ον καὶ Ἀθηναῖοι ἐξανέστ]ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας ἐκ [τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους κτλ.*

inscr. Henz. *Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀνεῖλον καὶ Δαρεῖος ἐπὶ Σκύθας διέβη ζεύξας τὸν Κιμμέριον! Βόσπορον κτλ.*

Eus. p. 100 Ha. *Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἀνεῖλον Ἵππαρχον τύραννον καθ' οὓς Λέαινα κτλ.*

Nihil habent Eusebius et inscr. Henz. de eiectione Pisistratidarum, Eusebii vero libri retulerunt, quae recentiores addiderant de Leaenae facinore. Darii expeditio neque apud Parium neque apud Eusebium memoratur.

Ep. 48 narratur pugna Marathonia neque ea omissa est apud Eusebium. Aeschylum pugnae interfuisse refert etiam biographus: *συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ γεγονὼς κατὰ τὴν μ΄ ὀλυμπιάδα, γενναῖον δὲ αὐτόν φασι καὶ μετασχεῖν τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης κτλ.* Phaenippo vero archonte pugnam fuisse testatur Plutarchus Aristid. c. 5: *μετὰ δὲ Φαινίππου, ἐφ' οὗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκων* (cf. marmor).

Ep. 49 agitur de Simonidis celeberrimi poetae avi victoria Athenis reportata. eidem Aristidis anno attribuitur Darii mors Xerxisque initium. De tribus huic epochae non recte adscriptis rebus infra videbimus. Simonides clarissimi poetae avus multum vexavit viros doctos neque videtur solvi posse nodus. Apud Eusebium tribus locis Simonides memoratur ad ol. 55/56, ol. 60, ol. 73 nulla tamen addita distinctione. Statuendum fortasse Parium ut plures, quos in suis fontibus invenit distingueret Simonides, quaesivisse quomodo id efficeret. Quominus alterum alterius faceret patrem prohibuit quod Leoprepis nomen notum erat et lex illa, qua nepos avi nomen repetebat. Ita factum est ut, cum alterum vitium evitaret, in alterum non levius incideret, cum naturae enim legibus pugnant quae de Simonidibus avo et nepote refert.

Impedit nos archon Aristides ad hanc epocham adnotatus, quominus cogitemus Parium ad suum chronicum catalogum Demetrii Phalerei adhibuisse. Aristidis enim magistratus a Demetrio anno post pugnam Plataeensem attribuitur, cum *ἀναγραφαὶ* et marmor cum iis consentiens eius nomen ad annum post pugnam Marathoniam referant.[31] Valde dolendum, quod nihil relictum est ex archontum catalogo quem composuit Stesiclides Atheniensis,[32] cuius ope liceret singulorum adnotationes et fidem recensere.

Ep. 50. Aeschyli prima victoria, Euripides natus, Stesichori in Graeciam adventus narrantur. De Euripidis anno natali et Stesichori aetate infra videbimus. Hoc loco de Aeschyli prima

---

[31]) Plut. Aristid. c. 5 *Ἀριστείδης δὲ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν εὐθὺς ἦρξε. Καίτοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Ἐν δὲ ταῖς ἀναγραφαῖς μετὰ μὲν Ξανθιππίδην, ἐφ' οὗ Μαρδόνιος ἡττήθη Πλαταιᾶσιν, οὐδ' ὁμώνυμον Ἀριστείδην ἐν πανὺ πολλοῖς λαβεῖν ἔστι μετὰ δὲ Φάνιππον, ἐφ' οὗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκων, εὐθὺς Ἀριστείδης ἄρχων ἀναγέγραπται.*

[32]) cf. Diog. Laert. II, 55.

victoria dicendum erit. Mihi quidem verisimile est etiam huius rei apud Eusebium mentionem fieri ubi ad ol. 70, 4 et 76, 2 refertur *Αἰσχύλος τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο.* Non dubitandum puto, quin illa notione *γνωρίζεσθαι* (apud Hieronymum clarum haberi, agnosci, cognosci) poetarum victoriae significentur. Atque quodnam tempus poetae clarius putabimus quam quo victoriam reportavit. Cum vero alii scriptores *ἤκμαζεν, γέγονε,* Parius *ἐφάνη* usurpent, Eusebius illa potius locutione utitur.

Ep. 51. *Ἀφ' οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τὸν Ἄθω διώρυξε καὶ ἡ ἐν Θερμο[πύ]λαις μάχη ἐγένετο καὶ ναυμαχία τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Πέρσας ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες ...... ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου.*

Henz. inscr. ep. 9. *Ἀφ' οὗ Ξέρξης κατὰ Ἄβυδον ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον διέβη καὶ Θεμιστοκλῆς ναυμαχίᾳ τοὺς βαρβάρους ἐνίκα ἀφ' οὗ ἔτη υ' ς'.*

Eus. p. 102 Ho. *Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν ἐνέπρησεν αὐτὰς ἐπὶ Καλλιάδου Ἀθηναίων ἄρχοντος.*

ibid. Hp. *ἡ ἐν Θερμοπύλαις μάχη καὶ ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία.*

Omissa est in inscr. Henzen. pugna Thermopylensis, cum apud Eusebium unius marmoris epochae res in duas dispertitae sint, de qua re infra videbimus.

Ep. 52. Pugnam Plataeensem apud Eusebium invenis adnotatam p. 102 l. v. A. „Pugna ad Plataeas quaeque ad Mycalen." Diodori de his rebus fusior narratio non patitur nos cohaerentiam cum reliquis cognoscere, unum eius rei documentum est catalogus archontum plane idem atque Parii. Hanc ad epocham pugnae Plataeensis fere eundem, si literas spectas, archontem praebet Plutarch. l. c. adn. 30 *Ξανθιππίδην* pro *Ξάνθιππος.*[33])

De igne Aetnaeo vide locum Thucydidis III, 116 ubi de eruptione anni 425 a. Chr. n. locutus priorem quinquaginta annis ante fuisse dicit. Haeserunt in hac re viri docti, velut Kruegerus (leb. d. Thucydides, p. 64) proponit in Thucydide scripturam *ν' ε' ἔτει* contra omnes codices, reliqui viri docti, in quibus Classenus, putant Thucydidem tempus summatim

---

[33]) lapidario tribuendum *Ξάντιππος.*

comprehendisse, cuius rei causam non intelligo, quoniam facillime verum numerum invenire potuit. Nam quamquam concedendum est etiam Thucydidem numeros summatim parumper comprehendisse, velut in tributorum computatione, hoc loco non credo eum ita egisse; proponam infra aliam explicationem.

Ep. 53. De Simonide Leoprepis filio Athenis victore nihil certi praebet Eusebius, nisi statuas ex tribus supra ad ep. 49 adnotatis unam hanc fuisse ol. 76 adscribendam. Est victoria cum archontis nomine memorata in epigrammate Simonideo (cf. Bergk. anthol. lyr., p. 462 fr. 147); de tyrannicidarum statuis vide Muellerum ad hanc epocham.

Ep. 56. *Ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησεν τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ ἔτη ΗΗΠΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀψηφίονος.*

Hier. p. 103 y. Sofocles tragoediarum scribtor primum ingenii sui opera publicavit.

Plut. Cim. c. 8. *πρώτην γὰρ διδασκαλίαν*[34]) *τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος Ἀφεψίων ὁ ἄρχων κτλ.*

De archonte huius epochae dissentiunt Boeckhius et Muellerus. Res non levis est, cum diiudicandum sit, utrum apud Diodorum catalogum cum Pario consentientem habeamus necne. Apud Diodorum enim XI, 63 in codicibus non legitur Apsephion sed Phaeon. Elegantem proposuit Boeckhius Clintonis coniecturam *Ἀψη]φίωνα*, quam Muellerus improbat propterea, quod correctura difficilis sit et confusio archontum Phaedonis (ol. 76, 1) et Apsephionis (ol. 77, 4) saepissime inveniatur (Schol. ad Aeschin. de falsa legatione p. 755 ed. Reiske. Plut. Thes. c. 36). Boeckhius l. s. ostendit archontes in illis rebus legitimis annis attributos esse, quod Muellerus quidem praecise negat. Mihi quidem nulla de qua cogitat Muellerus discrepantia *ἀναγραφῶν* hoc loco esse videtur; ille si confusionem statuit, tum non ad ol. 76, 1 et 77, 4 Phaedonem adnotare debuit sed ad 77, 4 Phaedonem, 76, 1 Apsephionem. Mirum profecto esset tam modico spatio intermisso idem nomen iteratum sine ulla adnotatione apud Diodorum. Praeterea qui ex eisdem fontibus fere omnes[35])

---

[34]) Nihil verbis Plutarchi veri inesse videtur nisi primam Sophoclis victoriam Apsephione archonte reportatam esse, cetera ficticia.

[35]) Quamquam quae Diodorus ad ol. 72, 4 retulerat deleta sunt, tamen ex eo quod Aristidem post pugnam Plataeensem inter archontes non refert cognoscere possumus, eum cum *ἀναγραφαῖς* consentire. cf. adn. 31.

hauserunt, Diogenes Laertius (II, 44) et Plutarchus (Cim. c. 8) praebent exigua cum corruptione Apsephionem archontem ad ol. 77, 4. Non intelligo cur hoc quidem loco Muellerus dubitet Boeckhium sequi, et ne ea quidem quae in dissertatione „de Septem Aeschyli“ profert Boeckhii et Clintonis sententiam refutant.

Ep. 57. *Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη* 𐅄ΔΔΔΔ *κτλ.*

Eus. p. 104 Hc. *λίθος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσεν ἐν Ποταμοῖς Αἰγός.*

Viri docti cum imprimis id agerent ut invenirent quod Parium hominem vituperarent etiam in eo offenderunt quod res mirabiles et prodigia chronico suo inseruit. Ita Boeckhius ad hanc epocham: „Noster mihi videtur superstitione ductus rem cetera veram annotasse.“ Profecto mira vituperatio. Nonne multo magis putabimus Parium propter ipsam rei novitatem eam adnotasse, quippe quae plurimis scriptoribus narrata (cf. Boeckh. ad h. ep.) etiam in suo fonte exstaret. — Simonides, qui in epigrammate ad ep. 54 adnotato octogenarius vocabatur hoc anno nonagenarius dici potuit, cum fortasse etiam illo epigrammate poeta numerum annorem summatim comprehenderit. Mortem eius adnotatam apud Eusebium non invenimus, cum aliorum virorum multorum exstet velut Stesichori, Anaxagorae, Socratis, aliorum.

Ep. 59 narratur mors Aeschyli undeseptuagenarii, qua in aetate statuenda sibi constat; poetae sexaginta tres annos attribuit vita. Mortem Aeschylum Gelae obiisse sive accuratius ad Gelam sepultum esse testatur Plutarchus (Cim. c. 8): *εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται.*

Ep. 60 agitur de prima victoria Euripidis tres et quadraginta annos nati. Commemoratur Euripides apud Eusebium p. 102 Hd. et 106 Hi. ita ut de victoriis eius agi putare possimus. Constat sibi in aetatis annis numerandis auctor cum ep. 50. De aequalibus Euripidis, Socrate et Anaxagora, saepius adnotatum invenis ut dubitare non possis quin ex uno eodemque fonte haec testimonia fluxerint. Ita Diog. Laert. II § 45 paulo ante Demetrii Phalerei archontum catalogo citato: *ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου καὶ οὗτος (Σωκράτης) καὶ Εὐριπίδης*; auctor vitae: *Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου καὶ Σωκράτους ἑταῖρος.* cf. Eus. p. 106 Hi. v. A.

Ep. 63. Moritur Euripides septuaginta septem annos natus anno Antigenis archontis. Defensor exstitit marmoris hac in re L. Mendelssohn quaest. Eratosthen. cap. I[36]), ubi ostendit quo modo Alexandrini rationes suas instituerint et quomodo mortem Sophoclis Ranarumque Aristophaneae actionem et Euripidis mortem inter se coniunxerint. De vitae annis scriptores nihil certi scivisse ostendit locus vitae ex Philochoro depromptus *ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα* Euripidem mortuum esse. — Cur septuaginta septem annos contra Boeckhium qui septuaginta octo praefert Euripidi tribuerim infra exponam. — Apud Eusebium iam invenimus Eratosthenis computum, uni eidemque anno poetarum illorum mortem attributam. p. 108 Hr.: *Εὐριπίδης τελευτᾷ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἀθήναις.* Diodorus XIII, 103 ubi de morte illorum loquitur nobis ostendit qua ratione Apollodoro usus sit. Legitur enim ad annum Calliae (ol. 93, 3) capite extremo ubi res ad literarum historiam pertinentes adnotare ille solet: *περὶ δε τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ποιητὴς τραγῳδιῶν ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα* (quae verba conferas cum marmore Pario) . . . *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενός φησι καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι.* Videmus ex hoc loco, non semper Apollodorum a Diodoro adhibitum esse, cum propter ipsam discrepantiam ab eo auctore quem in morte Sophoclis enarranda Diodorus secutus est citetur; quis vero ille auctor fuerit, non est difficile cognitu.

Ep. 64. *Ἀ[φ]' οὗ Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη* |Δ|ΔΙΙΙΙ *ἐτελεύτησεν καὶ Κῦρος ἀνέβ[η ἔτη κτλ. ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ δευτέρου.*

cf. locum Diodori ad antecedentem ep. adnotatum. Eus. p. 110 He. *Κύρου Πέρσου ἀνάβασις ἣν ἱστορεῖ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου.*

De Sophocle iam dictum; de Cyri expeditionis tempore hoc tantum dici potest errasse scriptorem, nisi aliam statuamus explicationem, de qua infra videbimus. Non mihi quidem cum Boeckhio cogitandum videtur de priore Cyri expeditione quam Parius cum celebri illa Xenophontea confuderit; erat enim commemoratione indignior quam ut a chronographo adnotaretur.

Ep. 65. De Telestis Selinuntii victoria nihil usquam legitur, enumeratur vero poeta a Diodoro XIV, 46 cum Philoxeno, Timotheo, Polyido, aliis ad annum 398 a. Chr. n. (ol. 95, 3) ex

[36]) Acta soc. phil. Lips. II p. 169 sqq.

more scriptoris res ad literas pertinentes in unum locum conferentis. Itaque non a verisimilitudine abhorret ex Parii anno in illum a Diodoro adnotatum translatum esse Telestem cum Parioque fontem Diodori consensisse.

Ep. 66 reditus Cyri et mors Socratis narrata. De Cyri reditu fusius scripsit Diodorus, nihil commemoravit Eusebius. De Socratis vero morte confer, quaeso, quae tres illi chronographi retulerint

M. P. . . . . *καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη* 𐅄ΔΔ *κτλ. ἄρχοντος Ἀθήνησι Λάχητος.*

Diod. XIV, 37 extr. arch. Lachete: *Ἀθήνησι δὲ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος . . . . καὶ πιὼν κώνειον ἐτελεύτησεν.*

Eus. p. 110 Hi. *Σωκράτης ἐξ ἀνοίας Ἀθηναίων ἀποθνήσκει κατακριθεὶς πιεῖν τὸ κώνειον.*[37])

Prope ad Parium accedit locus ex Demetrii Phalerei catalogo archontum petitus apud Diog. Laert. II § 44: *ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα.* Philochorus in hac quoque re certi quidquam statuere noluit, cum (in vita Euripidis) diceret *προτελευτῆσαι τὸν Εὐριπίδην τοῦ Σωκράτους.*

Ep. 67. Mutilato lapide nihil certi statui potest. Felicissima mihi videretur coniectura Chandleri qui Diodoro (XIV 43) duce de Astydamantis prima didascalia cogitat nisi obstaret Parium sibi in ea re constare ut nihil de poetis huius aetatis referat nisi victorias seu mortes. Victoria autem Astydamantis prima paulo post adnotatur. Nam pro certo habendum est ep. 71 de priore Astydamante, quem Suidas s. v. *τὸν πρεσβύτην* vocat, agi.

Ep. 68. Nomen non legi potest, ne *Ξ* quidem nunciam ex effigie chartacea elici potest.

Ep. 69 de Philoxeno dithyramborum poeta. Qui si a. 379 a. Chr. n. quinquaginta quinque annos natus moritur natus fuit hac ratione a. 434 a. Chr. n. Tanta gloria fruebantur sua aetate Philoxenus, Timotheus, Astydamas ut praeferrentur praeclarissimis antiquorum poetarum, velut Philoxenus et Timotheus Pindaro (cf. Aristoxen. fr. 73 M. II p. 287), Astydamas Aeschylo, cui ita tunc praestare videbatur ut ei prius quam Aeschylo statua

---

[37]) Magis etiam ad verba Diodori vers. Arm. p. 110 f.: Socrates conion, id est cicutum, bibit et mortuus est.

ab Atheniensibus poneretur (cf. Heraclid. Lemb. ap. Diog. Laert. II, 43). Non igitur valde vituperandus mihi videtur Parius chronographus quod literarum historiam nimis praetulerit, si virorum tantae gloriae res adnotavit.

Ep. 70 de Anaxandridae prima victoria, quod quidem mihi verisimillimum. Locus Suidae s. v. quamquam corruptus est tamen ad tempus a Pario adnotatum prope accedit. Legitur enim l. s.: *γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ*. Apparet olympiadem centesimam unam nullo modo conciliari posse cum Philippi Macedonis certaminibus, sed tamen ol. 101 (376—73 a. Chr. n.) et annus marmoris 113 (377 a. Chr. n.) prope conveniunt.[38])

Ep. 71. De Astydamante cf. ep. 67. — additamentum huius epochae magna ex parte deletum tamen ex Diodoro (XV, 50) facile restitui potest. Supplevit Boeckhius *κατεκάη δὲ τότε κα[τὰ τὸν οὐρανὸν ἡ πυρίνη δοκίς*. *Κατεκάη* quod ad id temporis editores dederunt mihi minime placuit. marmoris tamen effigiem cum inspicerem facile cognovi legi posse *κατεκάη*, cum supra ¦ ad sinistram punctum exstet quod putare possis relictum esse ex hasta horizontali, sed inter fracturas et lacunas marmoris saepius tales loci cernuntur quibus inducaris ut falso legas. Itaque non dubito quod magis usui respondeat reponere *καὶ*. Diodori igitur ope lacuna lapidis expleri potuit. At, inquies, non eidem archonti apud Diodorum et Parium hoc phaenomenon attribuitur. Sed specta, quaeso, apud Diodorum annum Astei archontis, ubi multa portenta et prodigia, motus terrarum, delapsus urbium, physicorum meditationes, imperitorum timores adnotata invenies. Tum transi ad Alcisthenis annum cui Diodorus facem caelestem attribuit, facile intelliges cur illi anno attributa sit. Cognoscimus enim ex eis quae Diodorus XV, 50 scribit: „*Ἐπὶ δὲ τούτων Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντακόσια τῆς Ἑλλάδος ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν τὸ θεῖον προεσήμαινεν αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς τὴν ἀποβολήν, ὤφθη μὲν γὰρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας λαμπὰς μεγάλη καομένη ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς*“ et quae continuo sequuntur „*μικρὸν δ' ὕστερον ἡττηθέντες οἱ Σπαρτιᾶται παραδόξως μεγάλῃ μάχῃ τὴν ἡγεμονίαν ἀπέβαλον ἀνελπίστως*“ si

---

[38]) hoc loco comprobatur apertissime, quod Rohde optime demonstravit dissertatione de verbo *γέγονε* apud Suidam. (Mus. Rhen. XXXIII p. 161 sqq.)

non ab eo ipso, certe ab eius auctore portentum illud cum clade Lacedaemoniorum quodammodo coniunctum esse. Propterea hoc ab enumeratione portentorum separatum in annum Alcisthenis translatum est.

Ep. 72. Pugna Leuctrica quam apud Diodorum XV, 55 sq. et Pausaniam VIII, 27, 8 archonte Phrasiclide accidisse leges apud Eusebium ne commemoratam quidem invenies. Est exemplum luculentissimum, quam lacunosum Eusebii chronicon sit, neque graviter errabimus si alia ab eo omissa eidem attribuimus casui. — Additamenti quod Boeckhius ad rem optime supplevisse mihi videtur singula verba mihi non placent; nusquam enim invenitur illud quod supplevit *κατὰ τοῦτον* ita a Pario adhibitum ut ad archontem pertineat, aliter autem hoc quidem loco intelligi non potest. -- Differt si verum est, quod equidem credo, supplementum Boeckhii uno anno ab Diodoro, qui XV, 60 Dysniceti anno trium regum obitum attribuit. Amyntae Arrhidaei filii, Agesipolidis Iasonis Pheraei. Fortasse Diodorus sive is quem sequitur auctor haec ideo coniunxit ut synchronismum qui dicitur efficeret. Pugnae Leuctricae tempus definivit etiam Eratosthenes apud Clem. Alex. p. 336.

Ep. 72 de victoria a Stesichoro altero Athenis reportata et Megalopoli urbe condita. De priore re nemo praeter Parium retulit neque vero de eius veritate propterea diiudicandum, nihil inde efficitur nisi hoc ep. 50 de clarissimo illo poeta agi ex Parii quidem sententia. — De altera re exstant testimonia Pausaniae et Diodori inter se discrepantia. Clinto Pausaniam VIII, 27 cuius fides firmetur Xenophontis Hell. VI, 5, 3 testimonio sequi mavult quam Diodorum, Boeckhius nullo argumento addito Pausaniam sequendum putat. Mihi quidem duae sententiae fuisse videntur, una quae diceret Megalopolim conditam esse post pugnam Leuctricam quae apud Pausaniam l. s. exstat, altera post cladem Arcadum quae apud Diodorum invenitur. Neque difficile mihi videtur indagare, quo modo haec discrepantia orta sit si quae refert Diodorus recensebimus. Apud posteriores historiae scriptores apparet institutum concilium Arcadicum decem milium virorum et conditam urbem Megalopolin saepissime una commemorari eidemque anno attribui (cf. Aristot. fr. 91). Apud Diodorum vero archonte Dysniceto (ol. 102, 3) c. 59 haec leguntur: *Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Λυκομήδης ὁ Τεγεάτης ἔπεισε τοὺς Ἀρκάδας εἰς μίαν συντέλειαν ταχθῆναι καὶ κοινὴν*

ἔχειν σύνοδον συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων. Postea quod revera sedes concilii Megalopolis fuit fortasse inde ea confusio orta ut utraque res eidem anno attribueretur. Apud ipsum scriptorem XV, 72 anno Nausigenis adsignatur Megalopolis urbs condita cuius cives ex quadraginta vicis colliguntur. Has igitur duas res facile fieri potuit ut posteriores apud quos de Megalopoli nusquam dicitur nisi commemorato illo concilio inter se confunderent. — Atque Pausaniae locum si spectas non sine dubitatione quae refert accipies. Multa enim mihi continere videtur quae corruptelam indicent. Legitur igitur VIII, 27, 8 *Συνῳκίσθη δὲ ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ καὶ μησὶ τε ὀλίγοις ὕστερον ἢ τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος καί δευτέρας, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα στάδιον.* Primo aspectu offendit quod illae definitiones temporum plane contrariae particulis *τε* — *καὶ* coniunguntur (*τε* quod codd. post *μησί* praebent intelligi non potest). Mihi quidem Pausanias anni spatium paucorumque mensium significasse videtur, in verbis vero *ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ* dittographia contineri. Quod obicere potes eundem ac pugnae Leuctricae annum cognosci ex tempore definito *Φρασικλείδου κτλ.* hoc quidem facile ab interpolatore addi potuit ad Leuctricam pugnam quam Phrasiclidis anno omnes attribuerunt. praeterea eadem temporis definitio addito etiam Olympionica invenitur apud ipsum Pausaniam VI, 5, 3. Quod si quae conicio vera sunt anno Dysniceti attribuenda est Megalopolis condita neque hoc abhorret a Xenophontis narratione, qui Hell. VI, 5, 3 inter res gestas anni 370/69 refert: *ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ Μαντινεῖς ὡς ἤδη αὐτόνομοι παντάπασιν ὄντες συνῆλθόν τε πάντες καὶ ἐψηφίσαντο μίαν πόλιν τὴν Μαντίνειαν ποιεῖν καὶ τειχίζειν τὴν πόλιν.* Atque haec quidem res iam in concilio perpetrata efficit ut Lacedaemonii auctoribus Tegeatis auxilium mittant contra Mantinenses l. c. § 10; contra apud Diodorum res cum ageretur seditionem excitasse dicitur, tum demum Agesilaum Arcadum fines ingressum eos magna clade affecisse, qua exterritos Arcades quod proposuerat Lycomedes Tegeates (c. 59) perfecisse urbemque ex quadraginta vicis collectam condidisse. Comparatis quae hi scriptores referunt intelligimus ab una parte stare Xenophontem, Pausaniam (emendatum), Parium, ab altera Diodorum. Discrepantia vero mihi non ea videtur qua cogamur alterumutrum plane repudiare, cum verisimile sit illos primum

consilium et rem perfectam coniunxisse, Diodorum distraxisse; quod quo iure fecerit dubium est.

Ep. 75. Parius loquitur de aliquo facinore Phocensium contra sacrum Delphicum commisso. Numerus annorum deletus est nihilque servatum praeter archontis Cephisodori nomen, qui secundum Diodorum ol. 103, 3 addicendus est. Multa sunt quae difficultatem moveant. Primum occupatio sacri de qua cogitare fere omnium doctorum virorum consensu paene cogimur nimio spatio ab initio belli sacri (sub. Callistrato ep. 77 sec. Boeckh.) seiungitur, quae res valde discrepat a ceteris auctoribus; deinde nimia longitudo epochae quam Boeckhius statuit septuagesimae sextae maxime abhorret a ratione auctoris, itaque magna verisimilitudo est illud ετ quod Boeckhius in ἐτελεύτησεν δὲ καί supplevit nihil aliud esse nisi ἔτη κτλ.; postremo, quod non minimum est, supplementum epochae 75 a Boeckhio propositum plane abhorret a spatio lacunae quae potius plus quinquaginta quam triginta literas flagitat. Praeter proximam omnes has dubitationes apertissimas agnovit C. Muellerus novamque explicandi rationem temptavit. Agit imprimis id ut qui discrepant archontum anni explicet catalogorum differentia. Hac sententia adductus putat in catalogis confusos esse annos Cephisodori et Cephisodoti et propterea rem ad Cephisodoti annum pertinentem in annum Cephisodori translatam esse. Attulit ad hanc sententiam confirmandam Suidae Pariique testimonia discrepantia de Timothei aetate, quorum ille poetae 97, hic 90 annos attribuit. Sed qua difficultate omnes Muelleri rationes laborant non ad hanc rem quadrant, cum Parius Timothei mortem non ad Cephisodotum sed ad plane alium archontem retulerit neque ullo modo cum occupatione Delphici oraculi coniunxerit. Praeterea differentia inde efficietur non septem sed octo annorum. Equidem ei sententiae addictus sum, inter Diodori et Parii catalogum nullam exstare differentiam. Veniamus ad Boeckhii sententiam, qui lapicidae vitium statuens rem ad Cephisodoti annum referendum putat. Infringitur haec sententia, quod quidem Boeckhius ipse agnoscit, longitudine sequentis epochae, neque aptari potest supplementum ad spatium lacunae. De occupatione sacri Delphici agi Boeckhius pro certissimo habet propter ἱερόν quod lectores post Seldenum elicuerunt (nunciam in effigie cerni non potest), sed, ut iam supra dixi, quod Boeckhius neglexit, ampliore supplemento opus est. Itaque equidem puto

hac epocha dictum esse de prima iniuria qua Phocenses templum affecerint agro sacro in suum usum converso, idque his fere verbis expressum esse: *Ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν ἠτίμασαν καὶ τὸ Κιρραῖον χώριον εἰργάσαντο ἔτη, ΗΗΗ* quod melius ad lacunam quadrat et maiorem ut mihi quidem videtur habet probabilitatem. Nam quod omnes viri docti neglexerunt. occupatio sacri et belli initium plerumque uni eidemque Callistrati, non Cephisodoti anno attribuuntur. cum inter occupationem agri Cirrhaei et templi occupationem interiectum sit iudicium de Phocensibus eorumque cum regibus Lacedaemoniorum colloquia. Et profecto. non perverse fecit chronographus qui primum causam, deinde initium (ep. 77 ap. Boeckh.). postremo fortasse exitum nobilis illius belli tempore defixit. Hanc ad sententiam etiam optime illud supplementum quadrat quod Boeckhius suae epochae 77 Diodorum secutus ad annum Callistrati inseruit.

Ep. 76. De Timothei morte[39]) nihil usquam relatum invenitur. de eius aetate vide locum Diodori (XIV, 46): mors eius attribuenda erit anno alicui qui medius fuerit inter Cephisodori et Agathoclis annum. De ceteris huius septuagesimae sextae epochae rebus ita sentio: Initia Philippi et Ochi regum uni epochae (septuagesimae septimae) auctorem attribuisse puto, quod etiam particula *καί* confirmatur: tertium vero factum verbo quod relictum est *ἐνίκησεν* contineri mihi videtur. quod referri malo ad victoriam a poeta quodam reportatam quam ad Chiorum de Atheniensibus reportatam victoriam. quoniam Parium sive eius fontem casus Atheniensium quam maxime potuit evitasse in aperto est. De numero ad Agathoclis annum adnotato dissenserunt editores ante Boeckhium. qui contra Chandlerum qui |Δ|/ / / /// legit cum Seldeno scripsit |Δ|/ / / ////. Et iure hoc, si quidem adhuc in ectypo tertiae lineae vestigia inter duas quas legit Chandlerus inveniuntur.

De epochis 79 et 80 (sec. Boeckhium 77 et 78) nihil certi statui potest.

Ut igitur paucis verbis quae collegimus comprehendamus, fontes duo statuendi sunt. unus mythologicae. alter historicae partis. Hi ab auctore marmoris Parii in unum opus congesti et ad Atheniensium res et tempora redacti Pario suppeditaverunt materiem eam quam nos ante oculos habemus. Desperandum

---

[39]) Excerptoris est mortem poetae referre, praeter eam nihil de poeta.

est unquam nos aut Parii auctoris aut Atheniensis nomen inventuros esse. sed tamen de opere ipso eiusque habitu aliquid enucleare posse mihi videor. unde multis quae occurrunt discrepantiis explicationis et luminis aliquid afferetur.

CAPUT II.

§ 1.

De synchronismis qui sunt in marmore Pario.

Complura facta saepissime tria in unum annum vel diem congerere veteres chronographi non solum Graeci sed etiam Romani solebant. Inventores vero huius rationis Graeci chronographi fuisse videntur. E quibus cum historici velut Herodotus et Thucydides rerum temporibus definiendis fere nihil operae navassent posteriores, postquam etiam huc animum attenderunt artificiose, ut ita dicam, illo auxilio usi chronographiam exstruxerunt si non totam at magna ex parte ficticiam. Hoc loco cum de synchronismis scripturus sim imprimis Parium chronographum quique ad eum pertinent auctores spectabo.

Iam Herodoti temporibus pugna Salaminia et Himerensis eidem diei attribuebantur (Herod. VII, 166), postea Himerensis et Thermopylensis (Diod. XI, 24), eodem modo pugnae ad Plataeas et ad Mycalen commissae (Diod. XI, 36, Plut. Cam. c. 19). Nos ubi de synchronismis loquimur imprimis de artificiis Alexandrinorum cogitamus, quibus nostra demum aetate detectis demonstratum est, quo modo in rebus incertis egerint illi historici qui dicebantur. Ex illorum eorumque discipulorum commentis evasit trium tragicorum aetas ad pugnam Salaminiam (et ad annum Calliadis) relata, evasit mors Sophoclis et Euripidis cum Ranarum Aristophaneae actione coniuncta archonte Callia, evasit aetas Pittaci Alcaei Sapphonis archontis Phrynonis anno definita, Hellanici Herodoti Thucydidis historicorum aetas initio belli Peloponnesiaci circumscripta, evaserunt denique Anaxagoras Socrates Euripides aequales. Eisdem studiis fortasse attribuendi sunt Socratis annus natalis, Sophoclis prima victoria, Aeschyli secessio in Siciliam archonte Apsephione — Alexander eadem nocte natus qua templum

Dianae Ephesiae conflagravit — Euripides Dionysio tyrannidem ineunte mortuus — Diogenes et Alexander eodem die defuncti. Hos synchronismos auxerunt et emendaverunt vel immutaverunt posteriores ita ut saepe absurditatem mireris. Inveniuntur etiam apud Eusebium haec p. 86 Hg. Archilochus Simonides (Aristoxenus). p. 98 Hf. Simonides Phocyllides Xenophanes. p. 100 Hi. Hellanicus Democritus Heraclitus Anaxagoras (cf. Suid. s. v. *Ἑλλάνικος*, ubi Hellanicus Herodotus Sophocles Euripides comprehenduntur et Gell. n. a. XVII, 22: Sophocles ac deinde Euripides tragici poetae et Hippocrates medicus et philosophus Democritus). Summa huius generis absurditas exstat in Excerptis Barbari ed. Schoene p. 208.

„Filosofi autem cognoscebantur temporibus Artarxerxis Sofoclus et Traclitus et Anaxagoras et Hirodotus et Melissus et Euripidus canto conpositor et Protagorus et Socrator ritor et Fideas statuas conpositor et Theetitus artifex et Dimocritus Abderitus et Ippocratis medicus et Thucudidus ritor et Empedoclus et Gorgias et Zinon et Parmenidus et Socratus Athineus et Periclus et Eupolus et Aristophanus architector. Hi omnes cognoscebantur.“

Has vero ineptias non uni auctori tribuendas esse ostendit praeter alia ep. 10 incriptio Henzeni, quae uni anno attribuit Socratem philosophum et Heraclitum Ephesium et Anaxagoram et Parmenidem et Zenonem. Quodsi cogitas Excerpta illa ante Eusebii aetatem (quod quidem hoc tempore constat) ex Africano fluxisse et fere omnia haec nomina Eusebii p. 106 ed. Schoene singulis annis attributa inveniri non dubitabis quin iam ab doctiore olim homine comprehensa fuerint.

Eus. p. 105[ta] Crates Telesilla Praxilla Cleobulina Bacchylides.

Agnoscendae fortasse tales rationes etiam in Diodori capitibus eis quibus coacervantur poetae vel scriptores, velut Philoxenus Timotheus Telestes Polyidus XIV, 46; Demophilus Callisthenes Diyllus XVI, 14 neque minus Agesipolis Amyntas Iason mortui XV, 60. Consentaneum est tales synchronismos haud raro a posterioribus omnino deletos esse sive mutatos. Etiam ante Alexandrinorum tempora si talia excogitata erant ab iis fere omnia sublata sunt. Ita saepissime in chronographiis vestigia eorum deprehenduntur qui traditionem, quam quidem invenire possent, artificiis pristinorum praetulerunt, vel saepius etiam

suas rationes non certiores sublatis substituerunt. Saepius vero quam corrigendi occurrit posterorum studium plane evertendi synchronismos resque ab illis in unum annum congestas in plures distribuendi.[40]) Luculentissimum huius rationis exemplum exstat polyandrium C. i. a. I, 433, quod cum res a Thucydide I, 104 narratas uni anno attribuat Diodorus XI, 74—79 in tres annos distribuit.

Eandem rationem inter Parii marmoris fontem et Eusebium potissimum intercedere puto, quod fusius exponam. Quodsi ostenderimus Parium sive eum quem ille sequitur auctorem id egisse ut terna facta singulis annis adsignaret non solum fontis in contexendo chronico rationem detegemus, sed etiam, quod iam antea verisimile esse ostendi, Parium excerptorem esse luce clarius apparebit. Atque primum quidem antiquiorem illum chronographum ternas res singulis annis tribuisse ex Marmore ipso cognosci potest, cum quattuor continuo ordine epochae, quippe quas integras ex fonte hauserit auctor, ternas res contineant.

Ep. 49. Simonidis avi victoria, Darii mors, Xerxis initium.

Ep. 50. Aeschyli prima victoria, Euripidis annus natalis, Stesichori adventus in Graeciam.

Ep. 51. Xerxes Hellespontum iungit Athonemque perfodit, pugna Thermopylensis, Salaminia.

Ep. 52. Pugna Plataeensis, Mardonii mors, ignis Aetnaeus.

Synchronismus ep. 50 ab Alexandrinis spretus est in eiusque locum substituta famosa illa coniunctio trium tragicorum pugna Salaminia definita; ep. 52 nisi putas Thucydidem l. c. numerum summatim comprehendisse facile huius scriptoris testimonio refutari et obliterari potuit Parii auctoris fides. Inveniuntur porro saepe res binae in unum annum congestae, ubi ceteri scriptores dissentiunt, qua re ostenditur certo quodam consilio uno anno eas comprehensas esse. Aliae porro, et hac quidem in re maxime nitor, prae se ferunt pristinam cohaerentiam a posterioribus violenter sublatam. Unum idque luculentissimum exemplum, quo demonstrare possumus tres res ab initio eidem non solum anno sed etiam, quod magis ad Parium eiusque fontem pertinet, eidem archonti attributas fuisse, continetur ep. 38. Parius (neque non

[40]) Si causam quaeris, factum esse verisimillimum est ne qui anni nota sive archontis nomine omnino carerent.

schol. ad Pindarum praefatione Pythiorum) refert ad annum Damasiae alterius instaurationem ludorum Pythiorum. Demetrius Phalereus apud Diog. Laert. I. 1. 22 ad eundem annum Thaletem primum sapientem vocatum et septem sapientes. inscr. Henzen. ep. 4 septem sapientes (numero deleto). Haec tecum reputans si Eusebium inspexeris invenies:

ad ol. 49. 2 (A. 49. 2; H. 48. 4) Thaletem sapientem;
ad ol. 50. 4 (A. 50. 1; H. 49. 4) Instaurationem Pythiorum et Isthmiorum;
ad ol. 51, 2 (A. 50, 4; H. 50, 2) Septem sapientes.

Videmus hoc in exemplo quo modo tres res a primo auctore in unum annum collatae a posteris singillatim ut cuiusque propositum tulit enarratae a chronographis denique disiunctae singulis annis attributae sint. Dabo exempla etiam graviora:

Ep. 40 Marmoris de Pisistrati initio dicitur, inscr. Henz. ep. 5 de Pisistrati initio et morte Aesopi narratur. contra apud Eusebium singulae res singulis annis adscriptae sunt. Pisistrati initium ad ol. 54. 4 Aesopi mors ad ol. 54, 2. (cf. Suidam s. v. *Αἴσωπος*).

Mira ne dicam absurda eiusmodi discerptio apparet in ep. 42, ubi de Croeso capto et Sardibus expugnatis traditur. Cum inscr. Henz. ep. 6 breviter praebeat: *ἀφ᾽ οὗ Κροῖσος Κύρῳ ὑποχείριος* [*ἐγένετο*, Eusebius enotat duobus locis p. 96 Hh. *Κροῖσος κατὰ Κύρον στρατεύσας ἥλω κτλ.* et Hn. *Κῦρος Σάρδεις εἷλεν.*

Ep. 45 cum marmor mortem Hipparchi et eiectionem Pisistratidarum uni anno attribuat inscr. Henz. componit Hipparchi necem et Darii in Scythas expeditionem, contra Eusebius praeter mortem Hipparchi (p. 100 Ha.) nihil refert. Intelligi potest inter tot casus quos chronographia illa experta erit facile nonnullas res excidisse sive consulto omissas esse.

Ep. 51 a Pario: Xerxis pons in Hellesponto factus Athosque perfossus pugna Thermopylensis Salaminia ad Calliadis annum referuntur, Henz. inscr. ep. 9 pons in Hellesponto factus Xerxis transitus Themistoclis victoria. Eusebius vero p. 102 Ho. ad annum Calliadis Athenarum incendium, deinde ad ol. 77, 2 (Hier. 75, 1) pugnam Thermopylensem et Salaminiam rettulit.

Invenitur eadem Eusebii ratio in aliis rebus adnotandis. quas quidem cum in marmore non exstent recensere non possumus, quae tamen ipso Eusebii libro adcitis aliis scriptoribus demonstrantur. — Croesi legatio ad oraculum Delphicum a Pario

et Chilonis primus ephoratus a Pamphila sive Sosicrate (Diog. Laert. I, 3, 68) Euthydemi anno adscribuntur, apud Eusebium ad plane diversos annos haec adnotata sunt.

Unum mihi liceat afferre exemplum ex ipso Eusebio cognoscendum: v. A. p. 98b Simonides lyricus, Phocyllides, Xenophanes ad unum annum commemorantur, sed ibidem p. 96b Simonides et c. Xenophanes singillatim duorum annorum spatio seiuncti referuntur.

Cognoscimus igitur auctorem marmoris chronographum fuisse, qui imprimis id ageret ut quotcunque posset facta, plerumque tria, in unum annum congereret eiusque archonti attribueret, eo fortasse consilio ductus ut legentium memoriae hac ratione succurreret.

Marmoris scriptor inde hauriens ita suum confecit chronicon ut non totam chronographiam lapidi insculperet sed excerperet modo tres, modo duas res, interdum una contentus. Parii quidem opus per tot saecula obrutum iacebat, magnae vero illius chronographiae, quippe quae cum maxime placeret ab Eusebio sive eius auctoribus ad sua opera contexenda adhibita est, sed multis locis immutata, hoc modo nobis servatae sunt reliquiae, quas nisi Parii opusculum exstaret plane ignoraremus. Quod vero illud opus a nullo auctore commemoratum est imprimis Alexandrinorum operae tribuendum puto, qui cum novum non solum sed iucundius, ut ita dicam, opus conficerent effecerunt ut illud plane in oblivionem abiret. Casus sane nunquam satis deplorandus, a quo tamen ne Eratosthenis quidem grande opus defendi potuit cum suam Apollodorus syntaxin confecisset. Iam nobis reputantibus qua ratione illud opus in quo Parius scriptor nititur ortum sit non difficile nobis videbitur explicare unde illae in quas incidimus Parii hominis ab aliis scriptoribus discrepantiae ortae sint; ortae videntur ex consilio fontis non marmoris. Ac si porro cogitamus quo modo Parium chronicum ortum sit facile fieri potuisse intelligimus ut scriptor cum hinc illinc res decerperet eas eligeret quae quamquam cum aliis ad annum adnotatum vere pertinentibus coniunctae erant tamen minime ad eum referendae erant. Nam certe unam rem ab auctore fontis illius vero anno adsignatam fuisse nemo erit quin concedat.

Multa et varia facta sunt de Parii scriptoris fide iudicia, plerique graviter eum vituperaverunt. Quod si mihi contigit ut rationes fontis illius detegerem nulla erit dubitatio quin

adnotationes eius ubi de temporibus definiendis agitur diligenter examinandae sint, illius consilii semper ratione habita. Sed non leviter fides eius adnotationibus deroganda, quippe cuius in fonte aliqua ex parte etiam Alexandrinorum rationes positas fuisse putandum sit. Nam etiamsi concedamus illos praecipue suo iudicio et certis fontibus usos esse tamen in rebus noniam explorandis illum auctorem eos secutos esse consentaneum est. Praeterea nullo modo apud Eusebium tot epochae invenirentur si antiqua illa chronographia vere inutilis et absurda habita a posteris omnino abiecta et contempta esset. Quod vero gravissimum est, lapis ipse qui auctoris etiamnunc ipsius manum, etsi non integram, tamen incorruptam servat monet nos ne leviter posthabeamus Parium chronicon posteriorum libris variis casibus multiplicique temporum iniuriae expositis.

§ 2.

De Siculorum historia in Marmore tradita.

Siculorum in tabula Paria historia, praecipue antiquioris tyrannidis tempora multas viris doctis difficultates, graves auctori calumnias tulerunt. Et profecto mirum in modum non tantum res praebet ab nullo alio auctore traditas, velut Sapphonis in Siciliam fugam et geomororum dominationem, sed etiam in temporibus adnotatis quam plurimum dissentit a ceteris, ut optimo iure e singulari fonte haec hausta esse statuere possimus. —

Atque primam neque eam levem difficultatem viris doctis Stesichori in Graeciam adventus paravit.[41]) Desperaverunt postremo viri docti de hac re explicanda cum reliqui scriptores plane aliam aetatem adnotaverint, Suidas s. v. *Στησίχορος* ol. 37—56, Eusebius ol. 43, Hieronymus ol. 42, quibuscum consentit Aristoteles rhet. II, 20, qui narrata de equo fabula Stesichorum Aesopo et Phalaridi tyranno aequalem significat. Neque accipienda est quam Welckerus temptavit explicatio cum non de Stesichoro sed de eius carminibus tum demum in Graeciam perlatis loqui chronographum putaret. Atque ne Kleinii quidem mihi probatur coniectura, quam accepit Boeckhius,

[41]) ep. 50 ad archontatum Philocratis ol. 73, 4 (485/4 a. Ch. n.) adnotatus.

alterum praeter illum celeberrimum hoc loco dici Stesichorum. Nam hoc si statuimus, nimiam chronographo iniungimus negligentiam et inscientiam cum ex epocha 73 appareat, eum hunc epochae 50 Stesichorum priorem putasse. — Valuisse mihi aliquo tempore eorum sententia videtur qui Stesichorum illa aetate floruisse contenderent, si quidem exstat testimonium Cononis fabula 42 apud Photium (cod. 186) quod fulciat Parii adnotationem. Narratur enim ibi eadem fabula quam apud Aristotelem l. s. legimus temporibus Gelonis attributa. Et profecto si tyrannorum res spectamus fabula in Gelonem multo melius quadrat quam in Phalaridem, cum illi custodia paranda multo magis opus fuisset. Phalaris vero facile Agrigentinorum ad se inclinantium tyrannidem occupasset, cumque Gelo ipse sibi copias per urbes Siciliae collegisset, quibus Gelae tyrannidem quae etiam tum in Hippocratis filiorum manibus erat compararet. Sed non licet in hac re niti cum omnes fere tyranni Siciliae tali modo dominationem occupasse dicantur. Dubitandum mihi omnino videtur, num illa fabula Stesichori sit, non vero dubitandum quin tempus illius fabulae et aetas Stesichori aliquo modo cohaereant quamquam non discerni potest, utra res ab altera pendeat. Aristoteles vero cum ad has res accederet facile cognita rationum perversitate fabulam ad Phalaridis tempora reiecit, ut saepe eum priorum rationes correxisse constat. Unum afferam exemplum: Apud Herodotum V, 92, 6 et 7 narratur Periander Corinthiorum tyrannus Thrasybulum Milesiorum dominum per legatos interrogasse, quonam potissimum modo imperium retenturus esset, Thrasybulum spicis calamorum demessis legato significasse, quid censeret, Periandrumque eum intellexisse. Vide, quaeso, quae Aristoteles narrat polit. III, 13 et VIII, 10. Reputans secum Periandrum hominem rei publicae gubernandae peritissimum magis illud responsum decere Periandro partes Thrasybuli tribuit ut cum sentiret verum tamen plane discederet ab historia tradita suo fretus iudicio. An putas eum meliorem Herodoto fontem adiisse? Mihi quidem auctor Parius Stesichori aetatem definisse videtur ex ratione synchronismorum, quae magis ad rerum cohaerentiam quam ad tempora accurate defixenda spectet. Sed hoc non unum inde pendet. Miro modo definita sunt tempora singulorum Siciliae tyrannorum Gelonis et Hieronis, quorum cum illius initium anno 485 a. Ch. n.,

huius anno 478 a. Chr. n. attribui soleat, Parius auctor Gelonem regnum capessivisse statuit anno 478. Hieronem anno 472[42]), a. Ch. n. Multa temptaverunt viri docti ad hanc sententiam quae pugnet vel cum historia rerum Persicarum omnibus notissima explicandam. Postremus Holmius (Geschichte Siciliens I, p. 413) ita rem expediebat ut falso auctorem Hieronis anno primo Gelonis initium adsignasse diceret. Sed mihi tota tyrannorum chronologia quae apud Parium invenitur ex Stesichori in Graeciam adventu pendere videtur. Gelon antequam Syracusis potiretur sex vel septem annos (non certum utrum anno 492 an 491 hoc factum sit) Gelae urbi praeerat. Quando vero verisimilius fuit Stesichorum Sicilia relicta in Graeciam venisse quam cum Gelo custodia impetrata tyrannidem occupasset? Itaque fuga Stesichori eo anno facta esse putata est quo Gelon Gelam occupavit; septennio post Gelo Syracusas sibi subiecit i. e. anno 478 a. Chr. n.; inde etiam Hieronis pendet tempus. Omittuntur in tabula Paria tempora Thrasybuli et democratiae quae apud Eusebium et Diodorum exstant. Neque ad vulgares rationes reditur ante mortem Dionysii, cuius tamen initium anno tribuit plane abhorrenti ab aliis scriptoribus. Videntur etiam in temporibus Dionysii ab Eusebio adnotatis similes rationes dominari, sed non licet eas perspicere propter nimiam corruptionem librorum. Non diu tales rationes mansisse puto, quippe quae cum Alexandrini ad eas accederent recensendas meliorum auctorum fide refutatae evanuerint, non vero ita ut non una Cononis inde fluxerit adnotatio perversa.

CAPUT III.

De temporum ratione.

Boeckhius qui primus Marmor ita tractavit ut inde aliquid lucri percipi possit etiam temporum computis operam dedit quos antea vix leviter attigerant editores. Agitur enim non solum hoc, quo anno chronicum scriptum sit, sed etiam de auctoris fide et diligentia. Atque quamquam libenter concedo

[42]) vide infra p. 59.

Boeckhium etiam in hac re multa optime iudicasse tamen nonnulla mihi occurrerunt quae minus probem.

Tempora ita adnotavit Parius ut computaret, quot anni inde a facto quoque usque ad suum annum praeterierint,[43]) additis in priore parte regum, in posteriore archontum singulorum nominibus.[44])

Apparet etiam hac in quaestione duas partes distinguendas esse easque separatim spectandas, unam mythicam in qua reges, alteram historicam in qua archontes adnotati sunt. Atque primum quidem recentiorem partem tractabo.

Adnotatione archontum nobis ansa praebetur et indolem et diligentiam scriptoris cognoscendi cum nomina archontum magna ex parte apud Diodorum et Dionysium exstent. Archontibus igitur recensendis cum Boeckhius operam daret in introductione cap. III quattuor statuit computos A, B, C, D ita ut A litera significarentur ii numeri quos vero anno marmoris respondere censeret, B ii qui uno auctiores essent, C et D ii qui duobus vel tribus legitimo numero differrent. Annum enim Diogneti archontis (cuius anno scriptum esse chronicum ex prooemio apparet) ex recentioribus numeris (hos enim accuratiores putabat) computandum esse cum statueret superiores uno anno differentes numeros sive discrepantia fontium sive vitio auctoris ortos esse putat. Sed, ut de Wilamovitz rectissime vidit et mihi iam antequam illius librum legerem certum fuit, explicanda illa discrepantia est ex veterum chronologia sive ex auctoris consilio in chronico contexendo. Quam igitur secutus sit rationem in temporibus computandis, imprimis cognoscendum. Boeckhius l. c. hanc profert sententiam:

---

[43]) Haec ratio omnium rerum tempora ab ultimis temporibus ad suam aetatem computandi rarissime apud antiquos invenitur cum forma ἀφ' οὗ in computatione spatiorum inter binas res interiecti saepius exstet, velut in fragmentis Eratosthenis, Thrasylli, Demetrii Iudaei cuiusdam pseudepigraphi (Clem. Alex. p. 325, 340; Eus. praep. evang. p. 492 ed. Dind.), exstat unum exemplum inscriptio Henzeniana.

[44]) Regum et archontum nomina grammatico quodam vitio adnotata esse non tacebo; rectius fuit archontis cuiusque nomen ante numerum annorum scripsisse. Nihilominus ea iam in fonte addita fuisse ostendunt adnotationes ad epp. 37, 38, 40, 48, 49, 51, 52, 53, 56, 64, 65, 72; nullo modo talis consensus Parii cum tot variis auctoribus esse potuit si de suo eorum nomina et annos addidisset.

„quum data A termino ad quem proxima sint, magna ex parte haec potissimum in termino ad quem, Diogneti anno, constituendo sequenda sunt. Sumamus annos datis A definitos esse eos qui inter annum epochae cuiusque et annum Diogneti utroque excluso interiecti sunt, erit Diogneti annus Ol. 129. 2 quem fuerunt, qui eligerent. At sic ab ol. 129. 1, hoc est ab anno ante terminum ad quem, ad hunc ipsum esset annus nullus, et tamen debebat unus esse. Itaque terminus ad quem, Diogneti annus, est potius ol. 129, 1, ut statuebat iam Seldenus, et data A exhibent differentiam annorum certae cuiusdam seriei repertam ita ut annus epochae dati A detractus sit ab anno Diogneti."

Huic sententiae, ut quae Gibertus de vario anni Attici initio protulit iam a Boeckhio refutata omittam, addam quae de Wilamovitz de anno Diogneti explorasse sibi videtur. Qui cum rationibus a Rhodio[45]) et Gompertio[46]) de exitu Zenonis institutis annum 264/3 a. Chr. n. archontatu Arrhenidis occupatum vidisset commentationibus philologicis IV p. 251 sq. hanc protulit sententiam: „der eine ist Diognetus der archon des marmor Parium von Boeckh auf 129, 1 (264) gesetzt, dem man wie gewoehnlich ohne weiteres gefolgt ist. die differenzziffern der chronik, durch welche der ausgangspunkt zu finden ist, ergeben naemlich nicht dasselbe iahr, sondern schwanken um ein oder auch zwei iahre und zwar ist einiaehrige differenz so haeufig, dass man nicht blosse fluechtigkeit annehmen darf. nun nimmt Boeckh die geringsten saetze und fuehrt die subtraction aus. allein es ist doch evident, dass die schwankung durch antike rechnung erklärt werden muss. dem verfasser der chronik lag die archontenliste vor: er zaehlte addirend von dem iedesmal angegebenen archon die namen bis Diognetos und, ie nachdem er diesen mitzaehlte oder nicht, ergab sich die differenz. an den fall, wie er etwa bei dem vorgaenger des Diognetos zu verfahren haben wuerde, dachte er nicht, da wuerde er ihn natuerlich mit eingerechnet haben."

Quarum sententiarum si posteriorem accuratius examinamus de Wilamovitz id quod maxime egit, ut ex antiqua computatione differentiam computorum A et B explicaret, nullo modo effecit

---

[45]) Mus. Rhen. XXXIII p. 622 sqq.
[46]) Mus. Rhen. XXXIV p. 154.

cum aeque ac Boeckhius tum annum addidisse tum omisisse auctorem putet (nam utrum de Diogneti anno sive addito sive omisso agatur an de alterius cuiusdam nihil refert). Praeterea cum concedat consentaneum futurum fuisse, ut si annum eius qui antecessit Diogneto computavisset annum ipsius Diogneti adderet, multo magis statuendum fuit in recentioribus temporibus computo B auctorem usum esse, si quidem in computando constantem sibi fuisse scriptorem putare debemus. Maiorem igitur etiam quam Boeckhius inconstantiam Pario chronographo obtrudit. Sed mihi errasse videntur viri docti Boeckhius in eo quod nimio computi A studio ductus ubi aliquo modo fieri posse videbatur hunc unice verum statuit, de Wilamovitz quod rationes ab antiquorum computationibus maxime abhorrentes instituit nullo alio consilio, ut mihi quidem videtur, quam ut annum 264/3 a. Ch. n. Diogneto remoto Arrhenidi pararet.

Sed antequam quaestionem de anno Diogneti instituamus explorandum est, qua ratione chronographus usus sit in computandis temporum spatiis. Duae enim exstant, tertia quam Wilamovitzius proponit, quod equidem sciam, nusquam invenitur. Una est ubi additur, altera ubi omittitur terminus ad quem. Prioris computi, ut mihi quidem videtur, ab Alexandrinis inventi luculenta exempla apud Diogenem Laertium ex Apollodoro, Eratosthenis[47]) discipulo, sumpta invenimus:

X, 44 de Socrate:

ἐγεννήθη δὲ καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἐπὶ Ἀψεφίονος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος Θαργηλιῶνος ἕκτῳ..... ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα.

V, 9 de Aristotele:

φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος.... § 10 *καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα νόσῳ, ὅτε καὶ Δημοσθένην καταστρέψαι ἐν Χαλαυρίᾳ ἐπὶ Φιλοκλέους* (ol. 114, 3 (322 a. Ch. n.) cf. Diod. XVIII, 26, 1).

---

47) Eratosthenem eadem ratione usum esse ostendit vita Euripidis, quem inde ab ol. 75, 1 — ol. 93, 3 septuaginta quinque annos vixisse dicit. cf. quaeso, fragmentum apud Clem. Alex. p. 402 ed. Pott.

X, 14 de Epicuro:

ἐγεννήθη δὲ (φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς (ol. 108, 1 cf. Diog. Laert. V, 9) *ἑπτά· καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ἐπὶ Πυθαράτου ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα.*

Computantur igitur

ab. ol.	77, 4 (469/8 a. Ch. n.)	usque ad ol.	95, 1 (400/399)	: 70 anni
„	99, 1 (384/3 „)	„	114, 3 (322/1)	: 63 „
„	109, 3 (342/1 „)	„	127, 2 (291/0)	: 72 „
„	108, 1 (348/7 „)	„	109, 3 (342/1)	: 7 „

Altera ratio, qua nos adhuc utimur, terminum ad quem excludit, qua ratione Parium usum esse ostendemus. Quae ortae sint ex differentia horum computorum discrepantiae paucis praemonebo. Platoni ab Apollodoro et Hermippo octoginta unus, ab Athenaeo et Valerio Maximo octoginta duo attribuuntur, Simonidi a Pario nonaginta a Suida undenonaginta. Apud Diodorum XIII, 42 narratur Theopompum historiam scripsisse annorum sedecim ibid. XIV, 84 septendecim. Fortasse eodem modo explicandum est quod Callisthenes apud Athenaeum 560 b, c bello sacro decem annos tribuit, Diodorus XVI, 23 novem (ut omittam Demophili undecim annos ap. Diod. XVI, 15). Exemplum vero luculentissimum talis inter Parium auctorem et Diodorum computorum differentiae exstat in vita Sophoclis; Loquitur enim apud Diodorum de morte Sophoclis eius fons, cuius verba et annos conferas velim:

M. ep. *Ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη* [Δ]ΔΔΔΔΙ *ἐτελεύτησεν . . . . . . ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ δευτέρου.*

Diod. XIII, 103 ad annum Calliae: *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ποιητὴς τραγῳδιῶν βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα.*

Sed adeamus marmor ipsum. Parium terminum ad quem numeris non addidisse apparet ex epochis, quibus spatia inter ipsas epochas interiacentia adnotat. Ita ab anno marmoris 227[48]) usque ad a. 193[49]) viginti quattuor annos computat, ab 206[50])

[48]) ep. 48.

[49]) ep. 59.

[50]) ep. 56.

usque ad 143[51]): 63, ab 222[52]) usque ad 17[9[53]): 43, ab 222 usque ad 145: 77[54]), ab 179[53]) usque ad 145: 34 anni.

His praemissis redeamus ad quaestionem de computis A et B. Neglexerunt, ut mihi quidem videtur, viri docti quod chronographus in recentiore parte computo A utitur saepissime in rebus vilissimis de quibus falli facillime potuit. in parte priore in multo gravioribus et vulgo notis rebus computum B praetulit uno Charetis (ep. 55) anno excepto.

Hoc me adduxit ut inquirerem in eos epocharum numeros quos Boeckhius nimio amore computum A amplexus ex hoc ipso sumptos esse statuit. Nam etsi, quod non negare possumus, concedimus duos computos adhibitos esse ita ut per tot epochas computus A, per tot B regnet tamen plane abhorret, opinor, ab indole auctoris, quod qui tot rerum annos tam accurate computaverit is diversis computis, modo A, modo B usus sit. Videamus igitur epp. 35, 38, 41 quas in priore parte marmoris ex computo A sumptas esse contendit Boeckhius, de Charetis anno ad ep. 55 adnotato inferius mihi dicendum erit. Epocharum 35 et 41 rationes inter se cohaerent ex Boeckhii sententia, quarum igitur si alteram refutaverimus altera per se concidet. Euthydemum ep. 41 anno 292 marmoris id est 556 a. Chr. n. archontem fuisse confirmari putat ex Diogenis Laertii loco corrupto I, 3, 68, ubi de Chilonis ephoratu haec: *γέγονε δέ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην. Καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου ὥς φησι Σωσικράτης.* Quamquam probo quod Corsinus primus statuit Diogenem sola olympiade nominata primum plerumque annum designare solitum esse tamen exstant complura exempla quibus primi anni adnotatio addita est, alia quibus alius annus significatur. Hoc quidem loco valde dubito num ol. 56, 1 statuendus sit pro ol. 56, 2, praesertim cum locus corruptus sit. Quae corruptela quoquo modo tollitur (iis assentior qui posteriore loco *ἕκτην*, priore *πέμπτην* scribunt) tamen non apparere videtur certa ratione annum ol. 56, 1 Euthydemo tribuendum esse; hoc quidem loco quo novus testis accitur eodem iure alter sive

---

[51]) ep. 64: 143 est supplendum excomputo B.

[52]) ep. 50.

[53]) cf. adnot. 48: 179 pro 178 supplendum.

[54]) supplendus est numerus 77 non cum Boeckhio 78, qui non ita ad sententiam Parii quam ad veritatem, quam putavit, supplevit.

tertius sive quartus ol. 56 annus esse potest, praesertim cum Sosicrates auctor huius rei aetate maior sit Apollodoro, ex quo Diogenem illam rationem annos designandi sumpsisse verisimile est. Praeterea tota enuntiatorum structura efficitur ut putemus non plane idem verba inde a *καὶ πρῶτον* significare sed quasi supplementi loco addita esse ita ut Euthydemi annus certus aliquis olympiadis 56 annus sit. Addo, cui quidem rei non multum tribuo, quod Eusebius p. 98 Hc. Chilonis ephoratum ad ol. 57, 1 Hieronymus ad 56, 4 adnotat. Itaque mihi quidem cum Boeckhii sententia nulla omnino re firmetur etiam haec epocha inter computos B ponenda videtur et Euthydemus anno 555 a. Chr. n. (ol. 56, 2) adscribendus. Cum Euthydemo vero etiam Aristocles archon epochae 35 anno marmoris 341 (CCCX[XXXI) adscriptus ex ol. 43, 4 cui Boeckhius attribuit eum in ol. 44, 1 transferendus videtur. Restat ex hac priore parte marmoris quem defigamus Damasiae ep. 38 archontis annus. Definitur solis defectione, quam a Thalete praenuntiatam ipsumque propterea sapientem vocatum esse tradunt biographi philosophorum. Demetrius Phalereus apud Diog. Laert. I, 1, 22: *Καὶ πρῶτος σοφὸς ὠνομάσθη ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν ὥς φησι Δημήτριος Φαληρεὺς ἐν τῇ ἀρχόντων ἀναγραφῇ* et schol. ad Plat. de republ. p. 600a *οὗτος πρῶτος ὠνομάσθη σοφός, εὗρε γὰρ τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν ἐξ ὑποδρομῆς σελήνης.*

Instaurationem autem Pythiorum eidem anno et archonti attributam esse a chronographis apparet ex loco Eusebii p. 94 Hc. ubi continuo ordine narratur Thaletem solem defecturum praedixisse. Pythia et Isthmia instaurata. septem sapientes cognitos esse. Cuius narrationis quamquam maximam partem effictam esse putandum est tamen *φαινόμενον* illud fuisse negare non poterimus; fuit vero ex novissimis astronomorum calculis (Hansen, abh. der saechs. gesellsch. d. W. Math. phys. classe VII 1865 p. 379) ol. 48, 3 (a. Chr. n. 586/5 mense Maio). Sed obstat si Boeckhium sequimur, numerus marmoris *HHHΔΓIII*, cum Chandlerus legat *HHHΔ[Δ]II* (in ectypo huius epochae numerus non iam legi potest neque verisimile est eum adhuc in lapide exstare). Potestne credi in eadem fere re enarranda auctorem in altera epocha computo A, in altera (37) computo B usum esse, si quidem hoc constat cum de Pythiis ludis agatur eum annum adnotatum esse debere qui est olympiadis cuiusdam

tertius. Praeterea, quae est ista enneaeteris de qua Boeckhius auctorem cogitasse opinatur? Illis temporibus eam iam pridem evanuisse certe cognitum erat auctori, cum iam ultimis temporibus intervallum inter singulas Pythiades quadriennio deminutum esse videamus ex schol. argum. ad Pythia III: *μετέστη δὲ εἰς πεντετηρίδα διὰ τὸ τὰς Παρνασίδας νύμφας Ἀπόλλωνι κτεινάντι τὸ θηρίον τὰς ἐν ταῖς χερσὶν ὀπώρας προςενεγκεῖν δῶρα.*

Sed videamus necesse est testimonia veterum de institutione sive, quod verius, de instauratione Pythiorum.

Antiquissimus omnium testis est Parius cuius epochae 37 et 38 praebent haec:

Ep. 37. [*Ἀφ' οὗ Ἀμφικτ*]*ύ*[*ονες ἐνίκησαν ἑλ*[*όντες Κύῤῥαν καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων ἔτη ΗΗΗΔΔΓΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμω*[*ν*]*ος.*

Ep. 38. *Ἀφ' οὗ* [*ἐν Δελφοῖς* (*ὁ*) *στεφ*]*ανίτης. ἀγὼν πάλιν ἐτέθη ἔτη ΗΗΗΔΓΙΙΙ* (sec. Boeckh.) *ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου.*

Paus. X, 7, 3. *Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα κτλ. . . . . δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο.* (ex iis quae sequuntur apud Pausaniam intelligitur eum primam pythiadem in ol. 48, 3 posuisse.)

Schol. Pindar. in argum. ad Pyth. (Boeckh, Pind. II, 1 p. 297 sq.):

Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς καταπολεμήσας Κιῤῥαίους ἀνεκτήσατο τὸν ἀγῶνα τὸν θεοῦ, οἱ δὲ Κιῤῥαῖοι λῃστρικῇ ἐφόδῳ χρώμενοι ἐφόνευον τοὺς παραβάλλοντας εἰς τὰ τοῦ θεοῦ ἄλση. περιεγένετο δὲ αὐτῶν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι μὲν Σιμωνίδου, Δελφοῖς δὲ Γυλίδα. Οἱ μὲν οὖν Κιῤῥαῖοι εἰς τὴν παρακειμένην τῷ Παρνασῷ Κίφριν, ὄρος οὕτω καλούμενον, ἀπέφυγον, ὅσοι δὴ καὶ περιλειφθέντες ἐτύγχανον. Καταλιπὼν δὲ ὁ Εὐρύλοχος ἐνίους τῶν Θεσσαλῶν μετὰ Ἱππίου τοῦ στρατηγοῦ ὥστε τοὺς ὑπολοίπους χειρώσεσθαι, ᾤχετο ἀνακτησάμενος τὸν ἀγῶνα. Καὶ δὴ τοῦτον χρηματίτην μόνον ἔθετο, μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ καταγωνισαμένων τῶν μετὰ Ἱππίου τοὺς ὑπολελειμένους τῶν Κιῤῥαίων ἐπὶ μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος Δαμασίου, ἐν δὲ Δελφοῖς Διοδώρου ὕστερον καὶ στεφανίτην ἔθεντο κατορθώσαντες.

ibid. *δ.*: *τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα διέθηκεν Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς*

σὺν τοῖς Ἀμφικτύοσι τοὺς Κιῤῥαίους καταπολεμήσας ὠμούς τινας ὄντας καὶ βιαζομένους τοὺς περιοίκους ἐπὶ ἄρχοντος Δελφοῖς μὲν Γυλίδα Ἀθήνησι δὲ Σίμωνος, καὶ νικήσας ἔθετο χρηματίτην ἀγῶνα. χρήμασι γὰρ μόνοις τοὺς νικήσαντας ἐτίμων, οὔπω στεφάνου ὄντος, καὶ ἔτει ἕκτῳ μετὰ τὴν τῆς Κίῤῥας ἅλωσιν ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην ἐπὶ Διοδώρου μὲν ἄρχοντος Δελφοῖς Ἀθήνησι δὲ Δαμασίδου.

Pythiadum initium ab ol. 49, 3 Pindari interpretes veteres duxisse docent scholia: ad pyth. III κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης πυθιάδος τῇ προκειμένῃ συγχρόνου οὔσης.

ad olymp. XII ὀλυμπιάδα μὲν ἐνίκησεν οζ' καὶ τὴν ἑξῆς κϑ' πυθιάδα.

ad Pyth. IV νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην πυθιάδα, ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα ἀλλ' οὐκ ἔγραψεν εἰς τὴν ὀλυμπιακὴν αὐτοῦ νίκην καίτοι μετὰ τὴν Πυθικὴν γενομένην ἀλλ' εἰς τὰ Πύθια μόνον.

Eusebius denique haec

Eus. ol. 49, 2	v. A. 49, 1	Hieron. 48, 4	Thales,
„ 50, 4	„ 50, 1	„ 49, 4	Isthmia et Pythia instaurata,
„ 51, 2	„ 50, 4	„ 50, 2	septem sapientes.

Haec testimonia cum examinarent viri docti non satis animum attendisse videntur ad illud sexennium, quod spatium teste scholiasta inter expugnatam Cirrham et institutum certamen coronarium interiectum plane abhorret ab iis quae Pausanias quaeve marmor Parium, sive Boeckhii sive Chandleri lectionem sequimur, refert. Praeterea Boeckhius in commentario ad Olymp. XII (explicatt. pindar. p. 205 sqq.) mihi quidem prorsus persuasit quadriennio prius pythiades initium capere, neque imminuta mihi videntur haec argumenta iis quae Bergkius poet. lyr. I^4 p. 13 profert ipsis carminibus nixus.

Quam discrepantiam ut vel tollamus vel explicemus etiam accuratius de bello illo sacro eiusque temporibus videndum erit. Unum exstat Callisthenis testimonium apud Athenaeum 560 b, c: *Καὶ ὁ Κρισαικὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιῤῥαῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαετὴς ἦν.* Hoc uno testimonio nisi viri docti initium et exitum belli definire conati sunt, alii ita ut sexennium adderent, alii ut deducerent. Bergkius, novissimus huius quaestionis iudex, hanc

profitetur sententiam: „Exarsit hoc bellum, cuius auctor fuit Solon (vid. Aristot. ap. Plut. Sol. c. 11) circa ol. 45, 1 siquidem Alcmaeon dux copiarum Atheniensium initio belli fuit, non ita multo post cum gentilibus suis in exilium pulsus propter Cylonei sceleris memoriam, cum factionum dissidia graviter agitarent Atticam civitatem, quam postquam ol. 46, 1 Epimenides lustravit Solon ol. 46, 3 leges suas tulit.“ Statuit igitur Alcmaeonem ante bellum incolumem vixdum inito bello expulsum esse; sed nonne eodem iure ponemus iam antequam Solon leges tulisset expulsos esse et rediisse Alcmaeonidas, praesertim cum multis locis tradatur summo omnium partium consensu magnum illud opus perfectum esse. Est profecto manifestum et eiectos et restitutos esse Alcmaeonidas prout aut Cylonidae aut ipsi principatum tenerent. Hanc vero nullo tempore maiorem fuisse putabimus quam quo tempore Alcmaeon cum potentissimo illo Megarensium tyranno affinitate coniunctus ad bellum sacrum egressus est, atque vix tam facile et imperio et patria eici poterat quo tempore summa auctoritate usus exercitum educebat ad servandum templum eius dei cuius auctoritas summa apud Graecos fuit. Statuendum igitur mihi videtur Alcmaeonem bello praefuisse iam ex exilio reversum. — Deinde de belli temporibus dicendum. Mihi quidem toti bello a Callisthene l. c. decem anni ea potissimum de causa attributi esse videntur ut numerus annorum aequaretur tertio quod dicitur bello sacro. Nam de primo illo bello certi quidquam veteres cognitum habuisse vix contenderim, ut ne de Solonis quidem rebus praeter summum magistratum quidquam eos scivisse puto. Sed ut bellum unde initium Pythiadum ducebatur certo tempore defigeretur Aristoteles sive eius discipuli in Pythionicis id primum egerunt ut temporis aliquod spatium constituerent. Hoc modo illud decennium evasit, quod Callisthenes Aristotelis auditor tradit. Sed redeamus ad scholia Pindarica et quod illic traditur intervallum sex annorum. Cogitantibus nobis quibus rationibus chronographi usi sint in definiendis incertis temporibus hoc quoque loco occurrit explicatio illius ad Aristotelis sectatores referendi computi. Nam ut libenter scholia Pindarica ab Aristotele pendere Bergkio concedo, ita longe abhorreo ab huius et plerorumque virorum doctorum sententia qui marmor Parium ex Aristotele derivatum esse praedicant. Demonstrabam suo loco nondum expertum esse marmor Aristotelis sive Aristotelicorum emendationes, quae ut sint saepe elegantissimae, ita saepius

in meris coniecturis positae sunt. Hac quidem in re rationem secuti esse mihi videntur hance: certus fuit annus archontis Solonis ol. 46, 3 neque non constabat de eius ad bellum quod dicitur Cirrhaeum excitandum adhortatione: itaque inde ab illo anno belli initio computato Simonis archontis anno (ol. 47, 3) Cirrham captam esse secundum fastos, ut hoc nomine appellem *ὑπομνήματα δελφικά* a Plutarcho l. c. citata, statuerunt et cum sex annos superesse e decennio cognoscerent hoc tempore praeterito bellum confectum esse concluserunt. Atque adeo opinioni suae adhaeserunt, ut vel Damasiam archontem suo anno remotum biennio recentiorem facerent. Tum cum intelligerent anno his rationibus effecto Pythia acta esse non posse coronarium certamen institutum altero biennio removerunt. Ita initium Pythiadum ex ol. 48, 3, ut vere tradit Pausanias, in ol. 49, 3 translatum, quo factum est ut quod Boeckhius rectissime statuit computi Scholiastarum a carminum sententiis integro quadriennio discreparent. Atque Pausanias de cuius fide maxime dissentiunt viri docti qua re adductus sit ut pecuniarium certamen primae pythiadi, coronarium alteri attribueret in medio relinquo; mihi hoc satis est quod quadriennium interiectum esse statuit et pythiadum initium re vera ab ol. 48, 3 repetit. Fortasse pecuniarium certamen primae pythiadi attribuit nulla alia causa commotus quam ne hoc certamen pythicis computis exclusum esset; fortasse hoc modo Delphicos cum Aristotelicis computis reconciliare sibi visus est. Legendum igitur ep. 38: *HHHΔ[ΔII]II* et propter rationes marmoris, et propter consensum cum Pausania, et quod ille Damasiae annus certis astronomorum rationibus definitus est.

Hoc modo postquam ex priore parte computum A removimus, (eum quidem, quem Boeckhius auctori obtruderat) restat unus numerus huius computi inter eos, qui continuo ordine ex computo B sumpti sunt. Est annus Charetis archontis marmoris annus 208 (ol. 77, 1; a. Chr. n. 472). (cf. Dion. Halic. IX, 37; Diod. Sic. XI, 53) qui mihi quidem videtur eodem loco habendus esse quo epochae computi C vel D (epp. 58, 62, 63) quibus omnibus hoc commune est ut rerum numeros referant quos auctor Parius sua ipsius computatione invenisse videtur, neque enim res gestas tradunt sed agitur in iis quantum quis temporis regnaverit vel vixerit. Atque praecipue ex hac re mihi quaerenda videtur explicatio. Ita enim fontibus ni fallor usus est chronographus Parius ut archontem quem inde hauserat apponeret, annorum

numerum ex vitae sive regni diuturnitate computatum de suo adderet. Uno sed luculento defungar exemplo. Ex vita Euripidis in marmore referuntur haec:

Ep. 50. Annus natalis Euripidis adnotatur ad annum Philocratis (ol. 73, 4 a. Ch. n. 485/4) secundum rationes marmoris a. 222.

Ep. 60 prima victoria poetae quadraginta tres annos nati ad annum Diphili refertur (ol. 84, 3 a. Chr. n. 442/1), secundum rationes marmoris a. 179?

Ep. 63 Euripidis mors, cum vixisset 77? annos ad archontem Antigenem (ol. 93, 2 a. Chr. n. 407/6), ad annum marmoris **145** refertur. Expectares in ep. 63 numerum 144 si, quod verisimile est, etiam in hac epocha computum B adhibere voluisse Parium statuimus. Demonstravimus supra, marmoris fontem cum id ageret ut synchronismos qui dicuntur efficeret epocham 50 composuisse. His ex rationibus etiam hoc vitium mihi originem ducere videtur. Annorum Euripidis alium numerum adnotavit Parius quam fons; propterea etiam sui computi numerum uno anno maiorem reddidit, relicto tamen archontis quem in fonte invenit nomine. Ita ortum est: 222 — 77 = 145 pro 222 — 78 = 144. Verisimile igitur est Euripidem anno 407/6 mortuum esse cum vixisset 77 annos; annorum numerum mutaverat fons marmoris ut synchronismum efficeret et annum natalem ex 484/3 a. Ch. n. in 485/4 transferret. Simili modo etiam reliquae differentiae quae inter marmor et archontum tabulas intercedunt explicandae videntur ita ut putandum sit Parium ubi uno maiorem numerum annorum statueret de legitimo numero unum deduxisse,[55]) ubi minorem unum addidisse,[56]) archontem vero semper retinuisse.

Vidimus igitur, in priore parte marmoris computum B, in posteriore A dominari. Hanc discrepantiam ut explicemus primum quidem explorandum est quonam modo chronicum confectum sit. Atque cum tot variarum rerum a remotissimis temporibus usque ad suam aetatem annos definire ille conaretur, unde eum rationes instituisse putabimus nisi inde, ubi computatio qualem sibi proposuerat facillime fieri potuit, i. e. ab iis rebus quae ab eo anno quo composuit chronicum minimo spatio distabant? Nonne hoc multo verisimilius quam primis

[55]) ep. 55.

[56]) ep. 58 et 63; ep. 62 vel duos addidit.

temporibus eum incepisse? Fuit profecto multo facilius a minoribus numeris ad maiores et maximos progredi quam a maximis ad minimos, qua quidem re non negatur eas epochas quae argumento inter se cohaerebant alteram ab altera dependisse. Quodsi ita illum rem administrasse statuimus differentia computorum A et B facile explicabitur. Annum eum quo ipse scribebat, in priore i. e. recentiore parte operis non addidit, postea, cum inter scribendum tempus anni maiore ex parte aut totum peractum esset, addidit. Ne haeseris in eo quod computus B computo A multo crebrior sit, pars recentior obtruncata est, neque a vero magnopere mihi aberrare videor si conicio dimidiam fere partem computo A, dimidiam computo B contineri. Prooemium vero scripsit auctor postquam opus suum confecit, quod apparet ex verbis ἀνέγραψα κτλ. Annus igitur Diogneti ex computo B definiendus: evadit annus ante Chr. n. 263/2 (ol. 129, 2), opus ipsum compositum est annis 264/3|263/2 a. Ch. n. sive ol. 129, 1/2.

Hoc modo vacat annus 264/3 ol. 129, 1 archonti Arrhenidi (Diog. Laert. VII, 10) cui eum iure attribuit de Wilamovitz l. c. Errasse sed unum errorem altero simili sustulisse mihi videntur et Rohde et Gomperz cum morem Apollodori cui recte illas res attribuerunt terminum ad quem numero addendi in computandis intervallis plane negligerent.

Supplendae igitur numerorum lacunae ex Parii quidem sententia ita ut ad ep. 42 adnotentur anni 279; ad ep. 44: 257; ad ep. 46: 245; ad ep. 49: 226; ad ep. 54: 214; ad ep. 60: 175; ad ep. 61: 157.

Veniamus iam ad remotiora tempora. Antiquorum regum annos quam accuratissime definire imprimis studuerunt chronologi. Atque duae erant res quibus maxime operam navarent, primum ut suae nationis regum originem et aetatem ex ultimis temporibus repeterent, tum ut continuam seriem efficerent. Atticorum regum catalogum invenimus apud Eusebium continuum inde a Cecrope neglectis quos iam refutavit Philochorus regibus inter Ogygem et Cecropem ficticiis, praeterea singulorum tempora exstant in Excerptis Barbari, quae emendavit et correxit Brandisius (de temporum Graecorum antiquissimis rationibus p. 12 adn.). Regum igitur Atticorum tempora ab his adnotata ubi comparamus in miras incidimus discrepantias. Cecropis primus annus est

M. P.	Euseb.	Excerpt. Barb.
a. Ch. n. 1581	1555[57]	1605[58]
	Troia capta	
a. 1208	a. 1181[57]	
	Menesthei annus 23 us	
1207	1181	

Paria tabula ab Eusebio distinetur discrimine vigenti sex annorum. Quod idem discrimen Boeckhius ostendit valere in regibus adnotatis ad epp. inde a 1 usque ad 24. Deinde cum illud discrimen numero paullatim minus fieri opinaretur ut hoc quoque calculis Parii et Eusebii accommodaret catalogum ex variis Eusebii codicibus vel interpretationibus petitum effecit, quem equidem non probo cum a ratione plane alienum mihi videatur catalogum ex codicum et interpretum dissensu petitum Pario obtrudere. Quantopere fluctuarint sententiae illis sex saeculis inter Parii et Eusebii tempora interpositis cognoscere licet ubi quae inter Excerptorem Barbarum et Eusebium intercedat discrepantia videris. Praeterea numerus epochae Syracusanae in qua imprimis nitendum erat cum certus Aeschyli annus additus esset deletus est, atque Medontis annus tertius decimus ep. 27 (etiam in hac epocha numerus fere totus deletus est) mihi quidem vitio lapidarii tribuendus videtur, quod etiam ex nomine *Μένεσθως* quod pro *Μεδόντος* insculpsit collata ep. 23 intelligi potest. Mihi quidem ista differentia etiam latius patere videtur, fortasse usque ad Creontis annum. Exstat enim etiam de Creontis anno discrepantia apud Africanum (Syncell. p. 212 B) *Κρέοντος πρώτου ἄρχοντος ἡγησαμένου ἐπὶ τῆς ιθ' ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ ἐπὶ κε'*, differentia est viginti quattuor annorum, vel si mavis, cum certus olympiadis annus non additus sit, viginti sex.[59]) Quod cum vel in historica ut ita dicam aetate acciderit desperandum plane mihi videtur de regum temporibus certa ratione definiendis. — Aliud est differentiam illam explicare. — Reputanti mihi quonam modo antiqui illi chronographi catalogos effecerint persuasum est eos cum suorum regum tempora computarent ab eis qui suae aetati proximi essent orsos paullatim

---

[57]) cf. Eus. ad. annum ab Abr. 461 et 835; et vide A. de Gutschmid: de temporum notis quibus Eusebius utitur in chronicis canonibus p. 7 (ind. Kiliens. 1868 aest.).

[58]) cf. Brandisium l. c.

[59]) vide C. Muellerum fragm. chronographorum p. 143 sq.

ad antiquissimos processisse ita quidem ut tempora regni quam maxime possent antiquiori alterius nationis catalogo adaequarent. Hoc quidem modo mihi etiam Atticorum regum series orta videtur, in qua multa ficticia inesse facile cognosces ex iis quos alteros eiusdem nominis reges ei inseruerunt genealogi. Atque videtur Atticus ille genealogus suum catalogum Argivorum indici accommodasse, quod aliqua ex parte etiam ex loco Tatiani (adversus Graecos p. 150 ed. Otto) ubi variorum populorum et regum tempora comparantur intelligi potest. Hoc si tenemus et cogitamus seriem illam primam ab Hellanico effectam usque ad Ogygem escendisse, eiusque etiam apud posteriores qui ficticios inter illum et Cecropem interiectos reges rursum eiecerunt rationem habitam esse (cf. Philoch. l. c.) differentiae etiam illius causam inveniemus. Legitur enim ad annum vicesimum sextum Phoronei alterius Argivorum regis apud Hieronymum ex Eusebio (cf. Schoene p. 17 Hb.): Ogygus in Attica Eleusinia condidit, quae antiquitus vocabatur Acte e. q. s. Non magnopere a vero aberrabimus si statuimus, illum esse pro primo Ogygis anno habitum. Tum vero apparet illam differentiam ex eo ortam esse quod Parii Marmoris fons primum annum Ogygis e vicesimo sexto in primum Phoronei transtulit. Neque absonum est eum cum ad certum quendam annum has rationes perduxisset aut continuo aut paullatim ad verum computum rediisse, utrum fecerit noniam perspici potest; verisimile est ex l. s. Africani illas rationes vel ad Creontem pertinuisse. Qua ex re hoc mihi effici videtur Parii catalogo Eusebianum antiquiorem esse cum ille unde derivatus sit apertissime prae se ferat. Non tacebo mihi etiam inter Excerpta Barbara et Eusebium tales rationes intercedere videri; specta, quaeso, tempora regni Inachi primi Argivorum regis et differentiam Excerptorem inter et Eusebium de primo anno Cecropis, quae est quinquaginta annorum. Fortasse haec fuit ratio chronographi alicuius: Translatum invenit annum primum Phoronei in primum Ogygis; iam ut Ogygen antiquissimo regi aequalem redderet, illius primum annum in primum Inachi transtulisse sibi visus est eo quod illius primum annum quinquaginta annis superiorem poneret.

Vita scriptoris.

Natus sum Ernestus Dopp die XXII m. Decembris a. h. s. LVIII Rostochii patre Ludovico matre Maria e gente Baas, quos adhuc vivos colo atque diligo. Primis elementis literarum in ludo elementario scholae Rostochiensis quae dicitur Magna Urbana imbutus novem annos natus in eiusdem scholae gymnasium receptus sum. Decem annis postquam gymnasium adieram maturitatis testimonium nanctus philologicis et historicis studiis me dedi, quarum disciplinarum summum amorem in me excitaverant Krause rector atque Brummerstaedt et Krueger praeceptores optimi scholae Rostochiensis.

Atque vere a. h. s. LXXVIII adii Academiam patriae Rostochiensem, ubi cum tria semestria moratus essem eodemque tempore stipendia fecissem Academiam Berolinensem petivi, inde auctumno a. h. s. LXXX Rostochium reversus adhuc usque temporis studiis philologicis et historicis operam dedi.

Rostochii usus sum praeceptoribus illustrissimis Foerstero Fritschio Kaibelio Koertio Schirrmachero de Stein, Berolini Bresslavio Droysenio Kirchhoffio Roberto de Treitschke Wattenbachio. Sodalis fui seminariorum Rostochiensium historici a Schirrmachero moderati per tres annos, philologici auspiciis Fritschii et Kaibelii per duos. Foersteri benignitate mihi contigit ut exercitationibus philologicis et archaeologicis per singula semestria interessem. Kaibelius mihi permisit ut philologicis exercitationibus, Koertius ut archaeologicis per semestre interessem.

Quibus viris omnibus meritas debitasque gratias ex animo ago, maximas autem Kaibelio qui etiam in his studiis consilio et opera me semper adjuvit.

Cervimontii in Silesia.
Officina typographia societatis „Bote aus dem Riesengebirge".